


BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
12
31 1
13



DE CAVSIS CONCRETIONIS ET DISSOLVTIONIS RERVM QVARVNDAM, TAM EXTRA QUAM INTRA CORPUS HUMANUM.


TRACTATIO HISTORICA, PHILOSOPHICA ET MEDICA, SEcundum veterum ac recentiorum placita descripta, & in tres partes distributa.

Conatu & industria IAC. MOCKII Medicinæ Professoris ordinarij, apud Friburgum Brisg.





·G·R· S.I.



FRIBURGI BRISGOIÆ,
Excudebat MARTINUS BÖCKLERUS.

Anno M. D. XCVI.



SERENISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ERNESTO, ELECTO ET CONFIRMATO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI, SACRI ROMANI IMPERIJ PRINCIPI ELECTORI, &c. ELECTO ET CONFIRMATO EPISCOPO LEODIENSI, HILDISHEIMENSI ET MONASTERIENSI, ADMINISTRATORI STABULENSI, COMITI PALATINO RHENI, DUCI VTRIUSQUE BAVARIÆ, VVESTPHALIÆ, ANGARIÆ, ET BULLONIJ, MARCHIONI FRANCHIMONTANO, COMITI LOENSI, LONGIANENSI, HORNIENSI, &c. DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

IACOBVS MOCKIVS D. & Medicinæ Professor Ordinarius apud Friburgum Brisgavorum, hanc suam primam de Causis Concretionis & dissolutionis partem, de voto animo

D. D.



Epiſtola ad Lectorem.

DE flatibus Hipp. ſcriptum reliquit, (quem locum Cornelius celſus repetit in Procemio li.1.)omnes morbos ex ſpiritibus accidere poſſe. Verba vero ipſa Hippoc. ſic habent. Hactenus ergo morborum omnium cauſas,Flatus vel Spiritus eſſe demonſtravi. In libro de Fracturis, inquit. Niſi quis dixerit, alios quoque morbos eſſe ulcera, habet enim & hic ſermo aliquam veriſimilitudinem & moderamen.Galenus in libro de Inæquali Intemperie locum repetit. Hippocratem nempe evincere, omnes morbos eſſe ulcera,& fraterna quaſi ſocietate cõjunctos eſſe, ἀδελφοῦσι,&c. Vteri omnium morborum cauſæ ſunt: hi enim ubi ex natura tranſmoti fuerint, morbos exhibent, ſive aſcenderint,ſive deſcenderint. Ex Hippocratis de locis in Homine,ſententia. Et in ſumma, radix humanorum morborũ eſt caput, & maximi morbi ex hoc accidunt. Idem in Epiſtola ad Demetrium Regem. Nos ſimiliter,neque extraChorum pronuntiare poſſumus,omnes fere morbos cauſam habere, materiam non humidam,ut Herophilo viſum erat, non Spiritoſam,ut Hipp.placuit,non ex transfuſione ſangui-

ſanguinis à venis in arterias (quā παρεμπτωσιν Plutarchus vocat) juxta Eriſtratum, non ex atomis demum, corporis poros obſtruentibus, ſecundum Aſchlepiadem: ſed ex Materia & Concretione lapidea vel cal-uloſa, quam poſtremi quidam hodie, ob inſignem forte ardorem, tartareā nominant. Anorexiam enim v.g. nauſeam, vomitum, ventriculi ardorem, Colicos & Iliacos dolores, febres, obſtructiones, Icteritias, affectus hypochondriacos, Iſchurias, ſtrangurias, nephriticas paſſiones, matricis affectiones, tuſſes, ſtenochorias, pleuritides, aſthmata, cordis tremores & Palpitationes, Syncopas, Cardialgias, thoracis, uteri, abdominis hydropas, molas, hemicranias, capitis chronicos dolores, ſurdiginem, viſus imbecillitatem, & omninodam cæcitatem, anginas, arthriticos dolores, partiū muſculoſarum & alias punctiones, Lancinationes, exulcerationes demum & apoſtemata varia. Hæc inquam & alia innumera ſymptomata in corpore humano, id quod eſt in Exemplis, & poſteriorum potiſſimum Medicorum induſtria obſervavit, ſuam generationē & cauſam habent, ex ſupra citata materia & ſubſtātia partim bolari & lutoſa: partim arenoſa & ſabuloſa. De morbis igitur ejuſmodi tractare cōſilium eſt, quando hactenus paucos videas Medicos, qui

in hanc apprime utilem & necessariam excolendam illustrandamq; materiam, incumbere voluerint, forte quod res nova foret satisque ardua & difficilis, quæ duo equidem incommoda & nos ab incepto absterrere poterant, nisi contra animum nobis addidissent, tum rei præsentis utilitas maxima & necessitas insuper summa. Porro ut tibi ab initio Opt. Lector, consilij nostri rationem aperiamus, scire te volo, nos philosophicam historiam quandam præmittere dedita opera voluisse, ut sic omnia rectius & absolutius tractarentur. Multarum enim rerum peritum Medicum esse expedit juxta Hipp. de Articulis Medicus enim Philosophus est Deo similis & Medicina ad Sapientiam & Philosophiam transferenda est, Eodem Hipp. authore de Elegantia Medici. In parte secunda operis nostri Deo aspirante, statim post hanc evulgandam, perteximus historias illustriores de Calculis in omnibus prope corporis humani partibus repertis & annotatis, una cum Symptomatum descriptionibus & causis. Oportet enim non solum dicere, sed etiam demonstrare quod vera sint, ut Hippocrates inquit. Veterum & recentiorum scripta componimus. Quantum igitur profecerimus in Medicina hactenus evidens fiet. Posterior enim dies prioris est discipulus.

cipulus. δεύτερον ἄμεινον. Posteriores cogitationes ſapientiores exiſtere ſolent. Prior ætas parum vel nihil fere de hiſce morbis laude dignum habet, & mirari ſæpe ſubit, quomodo curationes ſuas inſtituerint, hiſce præteritis & incognitis morbis. Medicus ſi quidem ſuffecerit ad cognoſcendum, ſufficiet etiam ad ſanandum, & eum recte curaturum eſſe dicunt, quem prima origo cauſæ non fefellerit. Neque Medicum ignorare oportet, quæ ſit ægri natura & an fatigatio morbū,an ſitis vel aliud quid fecerit juxta Hipp. & Celſum. Et non oportet,ut negentur ægritudines quas non contingit videre in tempore quodam,& quadam regione. Aliquādo enim pertranſit magna annorum revolutio,in qua non videntur fieri aliquæ ægritudines, ſicut non videtur lapis egrediens ab inteſtinis, ſicut ipſe recitat in libro de interioribus, & tamen Gentilis vidit eum bis, neque fuiſſet conveniens Galenum negare hoc. Affirmat etiam Gentilis ſe vidiſſe lapidem à ſtomacho egreſſum per vomitū poſt vehemētes ſtomachi dolores, quod à præceſſoribus noſtris non fuit viſum,& tamen nō debet hoc negari,ſed concedi ſicut monſtruoſum raro eveniens. Sicut ergo ægritudo iſta, ſcil. lapis in Stomacho fuit incognita Galeno, Hippocrati & Avicennæ,

næ,quia illis temporibus,non apparuit. Et ſimiliter ſicut febris ſextana & novena tempore Galeni, non acciderunt, eo quia non fiunt niſi ex longis temporũ reverſionibus. Ita pariter non videtur inconveniens quod morbus Gallicus appareat temporibus noſtris, qui tamen temporibus Hipp. Galeni & principis nõ fuit, &c. Porro dicet quis forte affectus hujuſmodi raro contingere & novos quodãmodo eſſe ſuſpicantur, òb id majoribus indictos, ego vero tantum abeſt, ut rari morbi tales exiſtant, exiſtimo quam frequẽtiſſimos, ſed à nobis minus diligenter conſiderari, examinariq; ob ſocordiam quandam ſupinam. Et quod in veteribus Autoribus pauca vel nulla fere ſcripta, proditaque ſint. Sane nihil ad fallendum potentius eſt, quam gravium Autorum ſententijs ante occupari, quam quid in re quaq; ſentiendum ſit, diligenter & accurate examinare. Ab exemplis naturæ petendas eſſe rationes noſtras, non ab Argumentis noſtris, Leſbiæ regulę inſtar, rerum naturas ſubvertendas eſſe Philoſophus jubet. Experientia enim artes peperit, Oculis autem magis credere oportet quam opinionibus 1. de Diæta. Vtilis hominibus Medicus oculis perluſtrat ſingula pericula. Nõ tam ex ratione quam uſu rerum & eventu ab experientia prius diſcernere oportet.

portet. Ex operibus jucundius quam ſermonibus quædam oſtenduntur, quādo in dicendo parum exercitati, multitudini fidem ſincer-riorem ex his quæ videntur, quam audiuntur, facere ſolent. Hippocrates alibi Medicū vult nō ſolum viſu affectus judicare, ſed ex mentis oculis obtineri aliqua quæ oculorum conſpectū effugiant, &c. Plutarchus ut obiter pauca commemorem, Primo Sympoſiacon ait. Sed ne lapis quidem unquam in ventriculo concrevit. At vero rationi conſentaneum erat nō minus ibi quam in veſica humorem cogi & concreſcere, &c. At ipſe ventriculus à principibus partibus fere omnium primus, nunquā talem genuit & protulit ſubſtantiam tartareā & gypſeam, tametſi à multis & non unius ſpeciei humoribus impleri & affici dicatur. Vnde varia illi contingunt ſymtomata: Vomitus, nauſea, fluctuatio, ructus, ſingultus, inappetentia, bulimos & infinita prope ejuſmodi, quorum quidem omnium cauſas ipſis corruptis humoribus, nec non excrementis, non Tartaro, periti Medici & corporum diſſectores aſcribunt. Tuſſanus Ducretus de Arthritide contra Paracelſitas. Rarius ergo etiam in ventriculo, in cerebro autē an poſſit generari certū eſt, quod vix. Kemptmannus tamē Dreſdenſis affirmat, miſſum à Ioanne Pfeil Medico

magiſtro ſuo magnitudine, & forma prorſus fructus mori, cum illis granulis colore cinereo ad pullum tendente. Et adducit multos hujus teſtes in libello de lapidibus in humano corpore inventis. Dicebatque patiens dolere caput ſibi maxime: contraxiſſeque eum dolorem ex eſu mori fructus. Quod perabſurdum quaſi videtur, ſed forſan, ſic imaginabatur ob præſentiam lapidis, ſicut in morſis à cane rabido: vel quod proprietate fructus ille id in eo potuerit. Hieron. Cardanus in Hippoc. de Alimento. Quod autem in utero etiam fiunt lapides, apud neminem vidi, niſi apud Aëtium libr. 16. cap. 98. Sed quanquam hoc memoriæ tradiderit Aëtius, veruntamen admodum dubito an verum ſit, quoniam ſi ſitum Vteri contemplemur, ſubſtantiam ipſius, facile intelligere poſſumus, fieri non poſſe, ut in utero colligatur materia, quæ ſit apta in lapidem durari. Hieronymus Mercurialis de Morbis Muliebribus libr. 4. capit. 21. Imo vetuſtiſſimus auctor Hippoc. in 5. Epidemiorum famulæ Dyſeridis in matrice lapidem enatum refert: quod neque admiratione ulla dignum videbitur, ſi quibus cauſis renes & veſica humores in lapideam compagem vertunt, alunt, & augent, ijſdem alias quoq; partes illud efficere poſſe conſideremus. Idem

lib.ſecundo capit.22. Variarum lectionum,ubi revocavit ſententiam. At finem de his facio ex quibus comparet quam ratio ſæpenumero in talibus rebus cæcutiat,quando de hiſce ſimilibus tam in homine,quam extra eundem, ex ſola mentis ſubtilitate & dubijs ac fallacibus hypotheſibus, non prius conſultis ſenſibus, & ad deliberandum ſubinde adhibitis philoſophari præſumimus. Ars enim tum vere exiſtit cum ex multis experientiæ obſervationibus, una de rebus ſingulis naſcitur notitia. Rerum igitur uſus & tractatio accedat ad artium perfectionem oportet,quam ſi ſuperiore qusidam Medici arctius conjunxiſſent, multa eos dubio procul non latuiſſent, tum in Philoſophia, tum Medicina. Experientia igitur in his juvat, quam qui negat, eum ſenſum negare conſtat. Porro ſenſum negare velle aliquando, propter rationem & ingenij acumen, illud judicij imbecillitatem atteſtatur. Quod itaque morbi omnes ex nominata cauſa calculoſa generari producique poſſint, & res ita ſeſe habeat fidem faciet res ipſa & hiſtoria viva: ſed qua nam ex cauſa, in ſchola, ut Galen.6. Epid. loquitur, inquirere licet. Scripſerunt de hiſtoria partium corporis humani, de hiſto-

ria

ria animalium,plantarum , Metallorum , meteoron,Galenus,Ariſtoteles , Theophraſtus, Georgius Agricola,Iovianus Pontanus,ſed ijdem etiam de cauſſis horum omnium & uſu tradiderunt , quos nos imitari par eſt. Quare in tertia operis parte noſtram ſententiam de ijs rebus in medium proferemus , & per epicriſin quaſi oſtendemus quam recte quidam philoſophati ſint,tum in Philoſophia, tum in Medicina de lapidum generatione , horumq; deſtructione &curatione tam in homine,tanquam microcoſmo quodam, quam in cæteris rebus externis & in Megalocoſmo , & quantum tribuendum ſit Paracelſicæ novæ Philoſophiæ & Medicinæ hac in parte nõ diſſimulabimus. tu lector opt. hiſce interea fruere,& ignoſce editioni huic præpoperæ,qua factum eſt, quod dolemus equidẽ vehemẽter, multæ non ſuo loco diſpoſita ſint, ut multę vero non obſcuris nęvis paginę quædam defœdatæ ſint, id quod partim nobis , partim prælo imputabis.at in poſteris editionibus annuente DEO, hæc aliaq; emendabimus.

Vale,

SEBA-



SEBASTIANVS MAYRO, MED. D. DE VTILITATE OPERIS.

MAgne Stagyrita, tecũ sentimus, & undæ
Aeribus mutãt corpora nostra magis.
Contactu imbutæ vario, nec semine raro
Conspersæ, haud una nos ratione movẽt.
Continuo afficiunt usu, potuq; ciboq;,
Et sanare queunt, & generare luem.
Ergo quid utilius, laticũ quã noscere vires?
Haud ulla est Sophiæ pars mage frugifera.
Edidit en nobis, bone Lector, MOCKIUS *ipsã,*
Friburgi Medicæ Lumen honosq; scholæ.

IN CL. ATQVE EXPERIENTISS. V. Dn. D. IACOBI MOCKII Medici, & Medicinarum in Archiducali Academia Friburgen. Professoris celeberrimi opus de aquarum affectionibus.

EPIGRAMMA.

CEphas atq; Thales statuunt primordia aquæ vim:
Post hos est Cephas Mockius, atq; Thales.

D. Petrus

Latet enim eos hoc volentes, quod cæli erant jam olim, & terra de aqua & per aquã consistens, Dei verbo.

Ioan. Iac. Beurerus in Archiducali Academia Friburgen. Brisgo. Græcarum literarum, & Historiæ Professor Dn. & Compatri meritissimo amico singulari hoc elogium libẽs volens habuit.

CARMEN

AD EXCELLENTISSIMVM Dn. IACOBVM MOCKIVM DOCTOREM MEDICUM, PRÆCEPTOREM suum candidissimum.

MIratur Natura suum novisse Ministrũ,
Quod ipsa vix cognoverat.
Quid generet lapides, & quid dissolvat eosdem,
Novisse magnæ mentis est.
Hoc nunc edocuit, causas rimatus amussim,
Linguâ disertâ MOCKIVS.
O igitur paucis quæ cognita dogmata, digna
Succis inungi cedrinis.

M. Ioannes Fautschius,
Med. Stud.

AD

AD EXPERIENTEM MEDICVM ET SVBACTO (VT ORATOR LOQUITUR) INGENIO VIRUM Dn. D. IACOBUM MOCKIUM pro eo quod multiplicem lapidis in humano corpore generationem ejusq; curationem ex intimâ philosophiâ depromptam explicat.

I.

IN nobis tam multa docens lapidescere MOCKI
Dic: nullum ut prosim, movero non lapidem.

II.

Cujus morbificos lapides mollescere curâ
Cerno, subacto, illum suspicor ingenio.

III.

Ne lapis insideas lapidi Sapientia confert
MOCKI: ex hac Suadæ fluxa medulla venit.

Atlanticus Gallus.

ERRATA.



ERRATA.

Pagina 4.lin.ult.immenſo.p.12. l.ult. impotentiã. 13.8.libr.5. 15.5. lib.5.p.17.l.penult.inducit.24.13. ſulcis.25.18. Agricol.lib.2.de metallis.26.21.Idem lib.12. 28.7.madida.33.21.aũt.25.23.pellen.25. mãmillas.36. 24.nodo.innatũ.39.10.eſt ut. ad finem ſubſtãtiæ.40. 1.quia. 46.28. corporeſcere & chamæleontis. 47.6. exhilarabatur. 49.17. Card.de aëre aquis,&c. 52.11. autem.ad finem Langius.57.11.perſpicuum.24. pronuntiãt.56.2.pyra.58.28.hecticis. 55.18. digerere.67. 5. diſſidijs.61.12.quemvis.62.15. teporis. 66.1. qua in re neſcio.68.15. ripas. 22. jacientia. 72.17. vicenis.ad finem lib.4.cap.13. 74.24. finxerit.75.8. autophyes. 94.ad finem velino.95.5.vindicãs.101.2.ſe.dele.100. in fines aquas.103.9. immiſſi. 106. in fine diacriticã, id eſt,ſequeſtratricẽ.122.17. adde Corallus. 116.2. explodenda,exſibilanda. 119.9. confingere.125.6. & ſimilia.126.1.ſales.127.6.dicendus.10. ad.128.27. non. 18.cereum.130.13.cõcreſcunt.Non.131.3.elici.8.purgando.18.capi.19.utſtrepitus vel murmuris.133.3.humidæ cõformatæ.8.tantũ cubiti altitudine.32.137.4. Cluſius.tãtum.143.5.anſerinę.157.6. Tartarorum.7. terũt.158.1.luem.159.in fine. metallorũ.160. 6.ſuper eam.17.&marne.163.num.167.18. deſtillato.162.l.ultim. fluebat. 173.26. ſiet.175.16. baſi inarmatus.189. 2. Bruerynum.14. lapidifica.187.24. bullierit.199.3. duces. 237.10.15. monoxylon. 251.18. ſecretis. 205.9. N.adde.285.5.ἐνωσις ὑσιωδης.

DE AQVA-



DE AQVA-RVM QVARVNDAM AFFECTIONIBUS RATIONE COAGULATIONIS VEL INdurationis & diſſolutionis, & aliâs.



ONTRA Laödiceam, Hierapolis, ubi Calidæ aquæ ſcaturiunt, & ubi plutonium eſt: quæ utraq; nòn parvam admirationem præſtant. Nam aqua adeo faciliter in tophum duratur, ut qui aquæ ductus deducunt, integra ſepta ex eo aquis conficiant. Plutonium eſt os, in parvo quodam imminentis montis ſupercilio, ita Comméſuratum, ut hominem ſuſcipere poſſit mira profunditate. huic propoſitũ eſt vallum quadratũ, ambitu fere ſemi jugero, quod nebuloſa & Craſſa Caligine plenum eſt, ut vix ſolum diſcerni poſſit. Ad ſeptum propin-

quantibus, aër innoxius est, purus ab illa caligine, in tranquillitate ventorum. Nam caligo intra ambitum manet: si vero animal introrsum progrediatur, statim moritur. Quapropter tauri introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos passeres immisimus, qui subito mortui ceciderunt. Galli vero execti (Capones) illæsi accedunt, ut etiam usque ad os appropinquent, & introspiciant, & immergantur, quousque possunt spiritum continere. Videbamus enim ex aspectu æstuosæ cujusdam passionis indicium, sive quod omnes id experiantur, sive soli Sacerdotes, sive divina providentia, quemadmodum verisimile in ijs est, qui minime sunt afflati, sive quod hoc viribus quibusdam reluctantibus contingat. Quod autem aquæ quædam lapidescant, dicunt id in fluminibus contingere apud Laodiceam, licet poculentæ sint. Nam & apud Hierapolim aqua quędam adeo tingendis lanis idonea est, ut ex radicibus tincta, cum his decertent (id est, rubea tinctorum) quæ ex vermiculo purpuraque tinguntur. Et adeo exuberat aquarum vis, ut regio balneis Sponte nascentibus plena inveniatur.

Strabo lib.13.fol.600.

Dicunt

DIcunt reliquias ciborum, qui operantibus supererant, in lapidē induratas; quod quidem satis videtur verisimile. Nam & apud nos collis quidam est oblongus, in campo situs, qui tophi calculis in modum lentis, plenus est. Maritimi quoque & fluviales calculi eandem fere ambiguitatem præstant, sed ij propter motum, qui in aqua fit, rationem aliquam habent, in illis vero consideratio dubia est. Idem fol. 766.

AD primum lapidem mox senam excipit, exiguum torrentem post cujus accessum naturę est talis, ut injectum lignum saxeo cortice obducat. Claritate totus à fonte ad ostiū quo Arno illabitur, præcipua, nisi quum imbribus turbatur. Miraculum hoc aquæ Faccius Vbertus memorat his versibus.

Prætereundem non est aut silendum
De Elsa, quæ à Colle ad Hispaniam versus fluit
Hoc quod absque periculo minime credidissem
Baculum illi inijci jussi
Longum ac tenuem, & ante mensem
Crassus, lapideus que fuit cum ut reciperem veni.

Multas hac regione columnas faciunt.

Postremi horum radicibus è saxo fons prorumpit, cujus aquæ dierum XV. spatio, quicquid immerseris, lapideo cortice tegunt. Hinc mille passibus Febranum vicus, ubi fons aquæ dulcis, potu ubertatem lactis intermissam nutricibus restituens. Et mox. Rursum à Volateris ad amnem Cæcinam versus, millia tria, colles aliquot, ubi officinæ salariæ. Puteis in cretam effossis altitudine tanta, quæ ad gypsum penetret, aquas è gypso salsissimas orientes plumbeis caldaribus paulatim in salem niveum igne coquunt. Periculum haustæ imis puteis aquæ artifices faciunt ovo injecto, cum bullat. Nam id si non mergatur, aptissimam conficiendo sali esse affirmant. Quotidie solent hîc modij salis plerunque XXIV. coqui. Rubrum quoq; sal quondam alia ex aqua fiebat, quæ res intermissa nunc est. Moias hęc salinarum loca vocant.

Nec desunt fontes scaturiginesque calidæ, veluti in cæteris Aquæ Caiæ, quas cunctis alijs nobilitate præstare Strabo testatur, & Facius Vbertus his versibus memorat.

Haud equidem credebam quod fama didiceram.
Nec eram expertus, Bolicanem esse
Tam immerso ardore ferventem.

Sed

Sed injecto vervece decoctum eum
Minori ſpatio quam CCL. paſſus confeceris
Adeo vidi,ut præter oſſa nil appareret.
Aqua ibi ſupra omnia medicamina
Ad lapidem ſalubris,quippe quoniam
Eum terit frangitque ceu grana milij. Sic Facius.

Lapidem habet ex quo vaſa coquendorum eſculentorum uſui utilia fiunt, quæ per omnem Italiam exportantur. Et mox. Rurſum per lævam ripam à Clavenna procedenti.Plurium occurrit quod amnis ſecat. Lapis etiam hîc eſt fabricandis vaſis cibarijs aptus. Quæ res à Plinio quoque memoratur his verbis.In Siphno lapis eſt qui cavatur tornaturque in vaſa coquendis cibis utilia vel ad eſculentorum uſus: quod & in Comenſi Italiæ accidere ſcimus.

Tiliaventum majus de quo nunc agimus, ex monte mauro naſcitur ſupra vicum Phornium,ubi fons mirabilis,in quo lignum dejectum, lapideo Cortice obducitur & Virgulta & folia immerſa lapideſcunt. F.Leander Albertus Bononienſis, deſcript.Italiæ fol.76.81.640.

COmpertum nobis est esse amnes & rivulos, ubi mersi pali lignei, ridicæ aut conti, aliquot mensibus lapidescunt: imo fere, ut sic dicam, ferrescunt, eadem perstante superficie, situ striatum & fibrarum ductu pristino eminus, quas assulas ligni diceres, attrectando & lapidi illidendo, dicas esse lapidem ferri mineræ immixtum, soliditate, gravitate, duritie & duratione lapidea, nec flammis obnoxia: cujusmodi magna frusta videre est in illo monticulo affabre multiplici lapidum mineralium structura plane visenda, conflato, ad tubulos & elices transmittendos fontis peramæni, qui scaturit Londini in horto eximiæ literaturæ & prudentiæ incomparabilis Cæcilij Angliæ meritissimi Cancellarij. Mirificas hasce aquas è montibus præfecturæ Bedfordiæ & in Cambria sive Anglia Occidua, quam VValliam vocant, emanare multi asserunt. Ex Pena & Lobelio Anglis de re herbaria ad finem.

VErum longo per saxa calcaria ductu perfluentes abradunt aquæ calidæ, & eluunt aliquid, ibi aqua conquievit, subsidet, ac, ut in rebus externis, cineris videtur imitare naturã: terreum

terreum & ignavum corpus, quod solet ex cocta igne diutino aqua, in fundo vasis concrescere, quod aliqui cinerem, alij calcem: ijsdem quoque nominibus Savonarola nominat. Et ut certo intelligas ipsius naturam eum nō habuisse perspectam, aliquando gypsum vocat: cum nihil aliud sit quam omnis saporis, & odoris expers quædam materia, continuo lincu transfluentium aquarum à terris & saxis elota, & abrasa: quæ statim in fundum subsidet, & ut plurimum ignis vi ibidem cōcrescit. Neque hoc mirum videri debet: puandoquidem in omni aqua, qualiscunque ea fuerit, hujusmodi materia pro ratione, per quem labitur, loci, subsidet: Nam nulla aqua simplex reperitur, ut, ut diximus: sed quæ nihil vel minimum medicamenti in se habet, & proxima est Elemento, ea simplex, & non mista judicatur. Sic potabilis aqua duabus substautijs (licet nullum habeat medicamētum immixtum) constare videtur: nam licet ea purissima fuerit, tamen semper ubi in vase excocta fuerit, subsidet aliquid terreum in fundo vasis, eique adhæret: quod aliquando gypsum, alias calcem, subinde cinerem colore vel consistentia imitatur, pro ratione (ut dixit) ejus materiæ, quam aqua perlabitur, & scaturit foras. Non igitur in ullis balneis, quod hactenus constet,

aut calcem, vel cinerem invenire licet: neque eſt illud à ſcriptore proditum, qui diligentius res naturales percognitas habuit. Quare ubi Apud Arabes, & maxime Raſim, quando de dolore lienis loquitur, aquæ cineris mentio fit, lixivium, non aliquod aliud naturâ temperatum balneum intelligendum venit. Paulo ante mentionem fecimus aquæ compoſitæ, cujus duplex eſt natura, una quæ nihil habet medicamenti, ſed ſolum terreum quoddam corpus, quæ tamẽ limpida eſt, odoris, & ſaporis expers: & quia vicina naturæ Elemẽti, ſimplex dicitur: ratione alterius, quæ medicata, colore vel odore, vel ſapore, vel facultate, vel quod calida ſit, intelligitur: quæ quibus rebus miſceatur jam eſt inquirendum. Reinand. Solenander de aquis.

AD Lucum Beli vicum Monſpeſſulo diſtantem milliaribus ſex (incolæ vocant Balerue) tepida, nitidiſſimaque ſcaturigine, ex arenoſa terra emergente, in ipſa fere ſtagni marini ripa, nitrum, qua fluit aqua, Solis calore denſatum, & lapides velut cruſta quadam obducens, colligitur, referente mihi humaniſſimo, & omnis literaturæ ſcientiſſimo Iacobo Dalechampio.

Succum

Succum lapideſcentem plurimis in locis invenimus in ſubterraneis ſpecubus, in agro Piſano: nam in antris quibuſdam montis Saniuliani prælongæ in ipſis cameris ex eo concretæ ſtiriæ dependent. In Lucenſi item juxta Cõvallem dictum pagum in ſpelunca inſigni deſtillantes guttæ in prægrandes columnas paulatim concreſcunt, unde Vincentius Malpiglia civis Lucenſis pedum 15. ſi recte memini, longitudine; egregie craſſam columnam & inſignem anno trāſacto excidit; quæ hoc tempore in ipſius inſigni villa Opilia ad 5. lapidem ab urbe videtur. Et quemadmodum his in locis ſuccus iſte non miſcetur aquæ, ſic alibi paſſim hoc ſucco reperiuntur miſtæ: ejuſque naturæ frigidæ plurimæ ſunt. Accepi à Clariſſimo Iacobo Dalechampio, neque enim hactenus videre contigit, prope Avernorum Hergobiam fontem limpidiſſimum eſſe, qui ſucci lāpideſcentis tantam copiam evehit, ut accolæ pontem ex eo ſubſtructum, & aquę curſum impedientem, ligonibus quotannis diruere cogantur. Haud procul Vienna Allobrogum in vico quem hiuret nominant, fons inſignis liquidiſſimus, & alioqui potu ſalubris & ſuavis, eo quoque ſucco lapides gignit, dureſcentibus ſilicea ſoliditate quęcunque in ejus alveum proijciuntur. Pro miraculo id quibuſ-

dam habetur, quod ruſticorum ejus aquam bibere ſolitorum, non obrigeſcant viſcera: quod de quibuſdam alijs legimus apud Scriptores. Calidæ autem tales authore Plinio, in Eubæa: ad eundem modum Hierapoli Phrygiæ, dicente Vitruvio effervet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum hortos actis foſſis immittitur, quæ poſt annum in lapidem concreſcit. Ex his conſtare puto calidos fontes, ſucco tam concreto, quam liquido ſubinde infectos reperiri. Idem.

SEd ad lapides noſtra revertatur oratio. De quorum quoque luciditate, ſive perſpicuitate, ac nitore, vel horum oppoſitis obſcuritate, ac ſqualore jam aliquid nobis differendum eſt. Ex prædictis itaque omnibus clarum eſſe arbitror, lapldes aquã magis, ac terrã participare; quam cętera Elementa. Sed quoniam non Terra, ſed aqua cernitur eſſe perſpicua, ac pellucida; ideo ab eo tamen perſpicuitatem, luciditatemq; ijs adveniſſe conſtat. Vnde ex ſuccis claris, & perlucidis conſtare lapidos, quæ tranſlucent, affirmamus, quemadmodum ex terra eos, qui qualitatis perſpicuitati oppoſitæ reperiuntur: hi enim ex claris ſuccis gigni nequeunt, ſed ex impuris, ac turbidis

bidis vel luto, vel nigrore infectis. Quod vero alij lapides magis, alij minus pelluceant, nō aliunde fieri certum est, quam è succorum diversitate, cum scil. alij alijs clariores, ac lucidiores existunt. H.Cardanus in Hippoc. de aquis puto.

QVa sane virtute ad eos etiam qui sanguinem mingunt, sive ipsa debilitas renum in causa sit, sive laxitas vasorum; sive humorum tenuitas, hę jure balnei ebibitæ aquę mirifice probãtur: Firuncella, Grotta, Tigurnm, Villa, Plaga, Iuncaria, Gibberosum, Porretanæ, Albuld. Aponus privata virtute, & in externis permultæ. Quæ & arenulas, calculumque tam è Vesica, quam renibus conterere, ac extrudere pollicentur, & urinas provocare. Nec est dubitandum, quomodo possint medicatæ aquæ harenulas extrudere, aut frangere lapidem; cum ex adverso pleræque ex dictis aquæ, præsertim ferratæ, & aluminosæ, manifeste lapidescant ipsæ, qua transeūt. Nam in omni fere medicinæ usu, satis quisque deberet contentus esse experientia, qua scilicet liquido patet hanc aquam ebibitam facere ad lapidū vitia, quicquid exterius moliatur contrarium, & præsertim quia ratio diversitatis

hujus

hujus eſt in promtu; Nam unius rei non eſt eadem diſpoſitio intra, & extra adhibitæ; in corpore humano, & in alijs rebus. Nam ex ſummi Philoſophi decretis, non fit quodlibet ex quolibet: ſed determinatum ex determinato. Aqua hęc ſuper terram, & lapidem, gignit lapidem; ebibita homini, detergit, extenuatque evidenter lapidem, & ducit harenulas. Talis manifeſte effectus contrarios videmus in Albulis. Cum Anienis fluvius quâcunque pertingit, lapideam facit terram, & ligna, & cortices; & tamen Tybure toto fere anno turbida bibitur, & rariſſimi tamen lapidum vitia ſentiunt, nec arenulas. Porro ejuſdem facultatis, & ad urinas promovendas, & ad Calculos, ſunt Porretanæ, villa Lucæ, Paganelli, balneum ſub Viterbio, Tritoli, & Tritolæ pari nominis virtute Puteolis. Petræ ibidem dictæ aquæ, Sancti Georgij inſignibus ad Bajas, Furnelli, & Succellaria, quos fontes laudat ad hoc Plinius in Aenaria, aquæ ad Tungrim in Gallia, quę in hiſce affectibus antiquiſſimę laudis ſunt. Et mox.

Quemadmodum & ex Iudaico lapide per artem medicata aqua, quæ calculis à tota eſſentia facit in potibus: Eædem omnes aquę, ac ſimiles; Vrinæ acritatem, ardoremque, & inde natam ſtranguriam, vel mingendi impatientiam

rientiam ſanant pręter cæteras medicatos, Inflammationes arcent, ulcera abſtergunt, curantque in quo maxime Albulas in Latio celebravit Aëtius ex Archigene, & nos Porretanas, Viterbienſes, Lucanas, Caſſianenſes, in Tuſcia, ob veſicę proprietatem celebrat Scribonius Largus. Andreas Baccius Elpid. de Thermis.

SAlis vero ſciſſilis, ac montani naturam ex humore, aut ſucco id genus aliquo vegetari, accreſcere, ſatis quidem fidem facit idem Vernherus; nec minus ex noſtris præclari aliqui teſtes, qui multa mihi hac in parte memoratu digna retulêre, quæ referam. Inter alia vulgare fere eſſe dum ſal excididur, relicta elapſis annis inſtrumenta ferrea, ac ligna in eis reperiri. Quodam loco gallina cum ipſis ovis incubans reperta eſt, quæ eo obducta ſale ſervata eſt, ac incorrupta etiam num oſtenditur. Et mox.

Id genus ſalis frugifera natura eſt in comitatu Tiroli in Germania, ubi plurimum coquitur ad Hals oppidum. Ac fluvius è proximis montanis ortus totus illius ſaporis eſt, quem Salza idcirco nominant, longe apud Boëmos in Danubium mittens. Ac recta per hunc

hunc tractum Salzeburgum civitas, atque oppidum Salza. Hinc multis locis (scribunt novi authores) strumosi fiunt homines, maxime vero mulieres, earundem (ut putant) aquarum vitio, quas bibunt.

Gypseam naturam tenere fontem stygos quidam putant juxta Nonacrim, qui est Arcadiæ mons. Nam lapidescere ejus aquam tradit Plinius; ac nimio frigore noxiam. Et Seneca in naturalibus, Summa (inquit) celeritate corrumpit, nec remedio est locus, quia protinus hausta duratur, nec aliter quam gypsum sub humore constringitur, & alligat viscera. Et mox.

Hic autem pulvis mineralis est, in Latio tamen nativus, & in tota Campania. roboris vero in cæmentis durissimi, Vitruvio ipso, atque Plinio testibus: unde portus Puteolanus ex eo primum factus, Strabone; nomen pulveri acquisivit Puteolano. Quare ad Gypsi naturam potius videtur accedere, ac ferri: minera Tophi glebosa, gravis, scabra, ferrugineis intermista squamis, pullacei caloris, vel nigri tenacior. Pro inexhausta autem ariditate, ubi aquis interluitur eas affatim videmus imbibere, nec retinere tamen in se, nisi cum in cæmentis excipitur, ac paucæ ob id impressio-

preſſionis. Quare per hunc tractum Campaniæ uſque Neapolim, permultas ex hujus pulveris materia excurrentes inveneris aquas, quæ in potibus, ac eſculentis ſumuntur, ac raræ ullam referunt qualitatem. Idem.

ETiamque eſt in Cappadocia in itinere, quod eſt inter Mazacca & Tuana lacus amplus. In quem lacum pars ſive harundinis ſive alij generis ſi demiſſa fuerit,&poſtero die exemta ea pars quæ fuerit exemta, invenietur lapidea, quę autem pars extra aquam manſerit, permanet in ſua proprietate. Ad eundem modum Hierapoli phrygię effervet aquę calidę multitudo, ex qua circũ hortos & vineas foſſis ductis immittitur. Hęc autem efficitur poſt annum cruſta lapidea, & ita quotannis dextra ac ſiniſtra margines ex terra faciendo inducunt eam, & efficiunt his cruſtis in agris ſepta. Hoc autem ita videtur naturale fieri, quod in his locis & ea terra, quibus is naſcitur ſuccus, ſubeſt coaguli naturæ ſimilis. Deinde cum commixta vis egreditur per fontes extra terram, à Solis & aëris calore cogitur congelari, ut etiam in areis ſalinarijs videtur. Cæterum

terum in hac calentium aquarũ ratione, nonne illud eximium eſt,ac inveſtigandum anxie: quod ipſe etiam pene puer apud Aponum adnotavi, dum Patavij capeſſerem ingenij cultum,ab illis ſubinde lapides gigni? Hoc extra omnem admirationem mihi fuit, ſcaturiunt ibi ferventiſſimæ aquę in ſupercilio non multum arrecto,in ſubjecto molendinũ eſt,quod verſat balnei aqua per convallem decurrens, Volaticam, ut nunc paſſim dicitur, in quam impetu devolvitur aqua per arrectum, vidimus totam, veluti quodam artificio, lapidea circumtectam cruſta; & cum oculis non ſatis crederem,duritiem materiæ experturus, cultelli ſatis validi mucronem inſigniter retuſum animadverti. Et mox.

Verum ea omnia poſt quum Plinij, tum aliorum doctrina confirmata repperi. Nam & Seneca (ut de Strabone taceam lib. decimo tertio) Naturalium tertio ad hunc modum ſcribit: Intereſt utrũ loca ſulfure, an nitro,an bitumine plena tranſeant. Hac ratione corruptæ cum vitæ periculo bibuntur,unde & apud Ovid.legimus,

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera,quod tactis induit marmora rebus.

Medicatum utique & ejus habet naturę limũ, ut cor-

pora agglutinet & induret, quẽadmodum Puteolanus pulvis, si aquã attigit, saxum est. Sic è contrario hæc aqua, si solidum tetigit, hæret & affigitur. Inde est quod res abjectæ in eundem locum lapideæ subinde extrahuntur. Quod in Italia quibusdam locis evenit, si virgam, si frondem demerseris, lapidẽ post paucos dies extrahis: circumfunditur enim corpori limus allíniturque paulatim. Hoc minus videbitur mirum, si notaveris Albulas, & fere sulfuratam aquam circa canales suos cymbasque durari. Sed summus item Philosophus Encyclicarum quæstionum lib. 24. quærit, cur aquis calentibus potius quam frigidis lapides concrescant atque coagmententur. Respondétque provenire, quod lapis defectu humoris consistit, caloreque potius quam frigore, humor deficit & lapidescit calore, ut & Empedocles ait, lapides & saxa ferventium aquarum opera perficit, conficitque. In quo tamẽ advertẽdum, si defectum humidi omnino, ex totoq; intelligas, minus procedit ratio, quando quoquo modo lapis fiat, coagulatione seu congelatione requirit humidum agglutinãs, quo deficiente, non lapis fit, sed harena vel pulvis. Si vero humecti defectum intelligimus redundantis ablationem, tunc veritas apertius elucescet. Certe nõ solum calor elapidat;

ſed frigus etiam, humorem nimio gelu abſumendo, indurat, facitque lapidem: quod ſi nimium frigus ita agit, ſimpliciter quoque ita agi poſſe, certum eſt. Auctor porro in Hilarionis vita Hieronymus, littus quod Palæſtinę, ac Ægypto prætenditur, per naturam molle, harenis in ſaxa dureſcentibus, aſperari, paulatimque cohæreſcentem ſibi glaream tactum perdere, quamvis non perdat aſpectum. Sed & multa ſuper ijs in libro de Metallicis, quiſquis ejus dici auctor debet Adnotanda obiter & Avicennæ ſententia ex fine Meteororum, ut prætereamus quæ huc ſpectantia Vitruvius ſcribit, ex terra pura lapides non fieri, ſed ex permixto, quoniam ex nimia ſiccitate in ea continuatio non ſit. Fiunt vero ratione duplici conglutinatione, congelatione, priore quidem quum lutum aliquod viſcoſum fuerit, ac pingue, quoad areſcens in quamdam evadit diſpoſitionem, quæ in luti lapidiſque meditullio fere eſt, mox ſenſim lapis concipitur verus. Scribit etiam, virtute quadam univerſali vegetabilia & animantia quoque deformari in lapides poſſe.

Cælius lib.30.

Sic

SIc animalium etiam terrestriũ ossa, nedum marinorum, in terra generantur; atq; modo quidem ossa perdurant, modo vero succi locique natura in lapides transeunt. Georgius Agricola in agro Luneburgensi testis est ossa belluarum marinarum orta esse, & in lapides conversa. Habeo equidem ossa saxea ingentia, Balenarum ossibus maximis æqua, quę Nicolaus Rotkokius, civium apud nos frequens magister, domi suæ vidit è terra erui, dũ aquis hauriẽdis puteum fieri curaret. Plinius etiam è Theophrasto ossa in terra nasci, & in lapides transire auctor est. Huc forte referenda sint ossa illa enormia, quæ Gigantum fuisse vana hominum ingenia crediderunt. Et mox.

Nil est ad fallendum potentius, quam gravium auctorum sententijs ante occupari, quã, quid in re quaq; sentiendum sit, diligenter & accurate sit examinatum. Id ego hîc Plutarcho evenisse video, qui Herodoti, & Aristotelis, & aliorum etiam assertionibus anticipatus, non inquisivit, an alia in puteorum salsedine causa inveniri posset. Causa quæ mare salsum reddat, ab Aristotele satis est explicata: at illa in puteis valere non posset, multo vero minus in montibus. Succus est terræ, qui in salem abit, congelandus, si quæ concur-

runt congelationem juvent, & tanto magis congelandus, quanto causæ congelationis fuerint potentiores. Strabo fontis meminit, cujus aqua tanta celeritate concrescat, ut si avium alæ ea madefiant, volatum impediat; & si corollæ intingantur, statim totæ rigido salis gelu constare videantur. Hic gignitur interno aliquo terræ calore, quẽadmodum in mari solis ardore exhalatio, & salsa redditur ipsa, & mare salsum reddit. Si major calor fuerit, non sal gignitur è succo, sed nitrum, quod vi caloris majore amarèscit, ut Galenus docte in simplicium facultatibus examinãdis demonstravit. Sicut igitur multis in locis, & prope infinitis, succi salsi in terrę visceribus concrescũt, quo res, vitæ hominum maxime necessaria, plurimis locis inveniatur.

Miror cur non addiderit Strabo, hìc greges arietum olim submersos fuisse; propterea quod arietum cornua in lapides conversa, ut videri quæat, plurima inveniãtur, quæ Plinius non recte (mea quidem sententia) inter gemmas recenset. Melius Solinus, Illic & lapis legitur (inquit) Ammonis vocant cornu. Nam ita tortuosus est & inflexus, ut effigiem reddat cornu arietini; fulgore aureo est. Prædivina somnia repræsentare dicitur subjectus capiti incubantium. Georgius Agricola, cujus in re metal-

metallica exquisitæ diligentiæ & incomparabili notitię nihil habet antiquitas, quod comparet, ejusmodi quoque cornua in Germania inveniri tradit, quæ inter lapides hoplitas collocavit, id est, inter eos, qui metallo aliquo exterius armati videntur; cum nihil ejus contineant. Nos vidimus unum ejusmodi cornu, nullo illud quidem metallo exterius armatũ; sed candido veluti marmore obductum, & ita spiris in se convolutum, ut ne exiguum quidem foramen in medio relinqueretur. Goropius de Niloscopia lib. 3. fol. 242.

At quare aquis sapor varius? propter quatuor causas. Ex solo prima est, per quod feruntur. Secunda ex eadem similitudine ejus nascitur. Tertia ex spiritu, qui in aquam transfiguratus est. Quarta ex vitio, quod sæpe concipiunt corruptæ per injuriam. Hæ causæ saporem dant aquis varium. Hæ medicaminum potentiam. Hę gravem spiritum, odoremque pestiferum. Hæ levitatem gravitatemque, aut calorem aut nivium rigorem. Interest utrum per loca sulphure an nitro an bitumine plena transeant. Hac ratione corruptæ, cum vitæ periculo bibuntur. Hinc illud de quo Ovidius ait:



Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit

Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Medicatum est, & ejus naturæ habent limū, ut corpora agglutinet & induret, quēadmodum Puteolanus pulvis, si aquā attigit, saxū est. Sic è contrario hæc aqua, si solidum tetigit, hæret & affigitur. Inde est quod res abjectæ in eundem lacum lapideæ subinde extrahuntur. Quod in Italia quibusdam locis evenit, si virgam, si frondem demerseris, lapidē post paucos dies extrahis: circumfunditur enim corpori limus alliniturque paulatim. Hoc minus videbitur mirum, si notaveris Albulas, & fere sulfuratam aquam circa canales suos cymbasque durari. Aliquam harum habent causam illi lacus, quos quisquis faucibus hausit, ut idem Poëta ait; Aut furit, aut patitur mirum gravitate saporem. Similem habent vim mero sed vehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas donec exiccetur, dementia est, & nimia gravitate defertur in somnum: Sic aquæ hujus sulphurea vis habet quoddam acrius ex aëre noxio virus, quod mentem aut furore movet, aut sopore opprimit. Hoc habet mali & amnis, Quem quicunque parum moderato

moderato gutture traxit; Haud aliter titubat, quam ſi mera unia bibiſſet. Ex Seneca.

Videtur mihi frigus iſtam indomitam rigiditaté(quod eſt ateramnón) tritico & leguminibus ingenerare,comprimẽs & cogens habitum uſque ad duritiem : calor autem diſſolubiles res,molleſq; redigit. Itaque non recte contra Homerum hoc à quibuſdã dicitur,

----non tellus fruges,ſed ſuggerit annus.

Nam quæ loca calorem habent natura inſitum,temperiem aëre mitem præbente , molliores efferũt fruges. Ergo quæ à manu ſtatim in terram proveniunt ſemina, ea penetrantia foventur,ac magis dum occultãtur , calore ac humore terræ fruuntur. Quæ vero in boum impingunt cornua, ea non potiuntur illa,quã Heſiodus optimam vocat, poſitus commoditate ; ſed delabentia & loco ſuo aberrantia,jactata magis quam ſata videntur , proinde aut frigoribus plane corrumpuntur, aut his eorum in nudas incidentibus tunicas rigida, exſucca,& lignoſa redduntur.

Vides nimirum lapidum quoq; &lignorum partes terra contentas atque ſtirpes molliores ijs conſervari à tepiditate ſoli quam ſint quæ eminent. Itaque etiam fabri lapides

operi habiles defodiunt ſub terram, tanquam maturandos ac coquendos à calore; qui ſub dio nudique jacent, frigore rigidi & intractabiles rediguntur, operisque reſiſtunt. Fructus quoque etiam ſi in area maneant diutius ſub dio & nudi, magis ferunt dirigeſcere quam qui ſtatim cõduntur, ſæpenumerò etiam ventus ventilantibus ſuperveniens, frigore ſuo fruges præduras efficit; quod Philippis Macedonica urbe ajunt eveniſſe; reconditis palea opitulatur. Mirari autem non debemus, ſi audiamus agricolas narrare, de duobus contiguis ſuccis alterum incoctibilem fructum ferre: &, quod maximum eſt, fabarum alias alium gignere ſatu ſuo fœtum, nimirum quod alijs plus, alijs minus ſpiritus frigidi vel aquæ incidit. Plutarchus Sympoſiacon.

SAl autem artificioſus ad venas experiendas aptus multis modis conficitur: Primo ex paribus portionibus aridæ vini fecis, aceti, hominis urinæ ſimul decoctis donec in ſalem vertantur. Secundo item ex paribus portionibus cineris, quo infectores lanarum utuntur, calcis, aridæ vini fecis purgatæ, ſalis liquati: etenim ſingulorum libra conijcitur in hominis urinæ libras viginti. Deinde omnia decocta

cocta ad tertias colantur: tum ad residuum salis non liquati libra adijcitur,& ejusdem unciæ quatuor, atque lixivij libris octo superfusis simul in olla,argenti spuma intrinsecus obducta,coquuntur usq; dum exiccata, sal fiunt. Tertio sic conficitur; Sal non liquatus,& ferrum,quod rubigine infestatur, inijciuntur in vas: quod hominis urina superfusa operculo tegitur,ac triginta dieb⁹ reponitur in loco tepido: postea ferrũ urina lavatur & reponitur, reliquavero tandiu coquũtur, quoad in salem mutãtur.Quarto sal artificiosus hoc modo fit. In lixivio ex calcis & cineris quo infectores lanarum utuntur, paribus portionibus facto, pares portiones salis, saponis, aridæ vini albi fęcis,halinitri coquũtur usque ad eum finem dum in salem abeant;is ramentum lotura collectum mistum,liquefacit.

Succi autem concreti efficientur vel ex aquis,quas natura,aut ars, succis infecit, vel ex ipsis succis liquidis,vel ex lapidibus mistis. Initio solertes homines cum viderẽt aquas quorundam lacuum,natura succiplenas, solis ardoribus siccatas conspissari, atque ex eis fieri succos concretos, verisimile est eos aquas assimiles alijs is locis infudisse vel corrivasse in areas,ad aliquam altitudinem depressas,ut ipsas etiam solis calores condensarent. Deinde,

quia viderent ista ratione succos concretos tantummodo æstate confici posse, nec tamen in omnibus regionibus, sed in calidis & temperatis solum, in quibus æstivo tempore raro pluit, eas quoque in vasis igne subjecto coquere ad spissitudinem cœpisse: quo modo omnibus anni temporibus, in omnibus regionibus, etiam frigidissimis ex aquis succosis, sive natura, sive ars eas infecerit, coctis succi concreti confici possunt. Postea cum quosdam lapides ustos stillare succis viderent, eos in ollis coxisse, ut etiam sic aliquos succos cõcretos efficerent. Sed quot & quibus rationibus, eorum quisque confici possit, operæ precium est cognoscere. Itaq; ordiar à sale; qui fit aut ex aqua, quę vel naturaliter salsa est, vel talis hominũ operis effecta; aut ex diluto salso, aut ex lixivio item salso. Atque aqua quidem naturaliter salsa, aut in salinis à solis ardore, aut in cortinis vel ollis, vel fossis, ab ignis calore conspissata vertitur in salem.

Sed dilutum, ex quo conficitur sal, fit ex terra salsa, vel salis vel halinitri fœcunda: lixivium vero ex cinere arundinis vel junci. Verum ex terra salsa oritur dilutum, ex quo decocto sal tantummodo conficitur: ex altera, de qua paulo post plura dicam, ex quo sal & halinitrum. At ex cinere nascitur lixivium, ex

quo

quo etiam ſal ſolus fit. Tam autem cinis quam terra primo conijciatur in magnam cupam: deinde aqua dulcis ei affundatur: quod cinere vel terra perticis agitata, horarum ferme duodecim ſpacio imbibit ſalem; tum turbine ex cupa extracto, colata excipiatur labro, mox ſive dilutum fuerit ſalſum, ſive lixivium vaſculis hauſtum infundatur in parvas cupas; ad extremum transfundatur in cortinam ferream vel plumbeam, & coquatur, donec aquis exhalatis ſuccus denſetur in ſalem. G. Agricola de metallis lib. 2.

SCribit Theophraſtus Paracelſus Smaragdi balnea Veneris uſum non ferre; ut ſaphirus nec peſtem nec lepram: Balnea, inquit, ex argenti fonte leproſis utilia. Et dicit, Balnea ex ſale gemmæ commigrare faciunt in ſaxa, quæ lignea erant; ut ex vitriolo balnea in æs mutant ferrum. Certe illud affirmare poſſum me Patavij vidiſſe muliebrem mammā in ſaxum evaſiſſe, quod, cum mortua jereret, hæc fontę immerſa fuiſſet. Magna ſine dubio vis, & fontium & balneorum. Ioan. Heurnius lib. 1. fol. 35.

Semina

SEmina ex coctilibus incoctilia, & ex incoctilibus coctilia fieri Theophrastus alimētis acceptum refert; loca enim prætenuia ac insolata obsequiosum alimentum, & facile donant, ut in Lemno & Ægypto etiam aëris causa; contra enim frigidiora loca,& spissa ut figularis creta,vel maduit & palustria incoctilia,exsucca lignosa, & contumacia præbent; ob id fruges quæ sub dio in area manserint, inobsequiosas fieri, & contumaciores ijs quæ statim auferunturLapidosa pyra in Saxosis locis nascuntur; frumentum & cæteræ fruges præponderant propter alimentorum facultatem. In insitione fructus,sapor,odor, magnitudo,color,& forma ex subjecti trunci qualitate mutantur, ut latius disputavimus in nostris liberis de Agricultura; & tandem succus per plantarum poros per cuncta meabilis subiens,eas transmutat,ut lapidescant, & ferrescant etiam,ut ita dicam si super ferri mineras oriantur, eadem cute permanente & gravitate,& duritie ferrea. Visitur in quibusdam locis,ut Georgius Valla refert,petrifico succo abundantibus,qui per radices & trunci poros exsuctus,radices ipsas,truncum,ramos, folia, & flores in lapidē convertit. Io.Baptist.Portus lib.2.Mag.N.

Alia

ALia & ligno querno, in lapidem mutato. Ein Wetzstein auß Eychnem Holtz.

E ligno fagino in lapidem mutato, quæ fagus (vulgo sic dicta. Nam alia veterum fagus est) cum trunco, ramis, folijs, altitudine 170. ulnarum, in saxo cinereo durissimo sub terra in valle Ioachimica reperta est. Ein Wetzstein von Buchnem Holtz.

Ex alno etiam fit lapis artificiose hoc modo: imponitur lignum, quantæ velis magnitudinis, in labra illa ampla ænea, in quibus lupulus coquitur, ad faciendam cervisiam: cumque percoctus abunde lupulus est, eximitur idem lignum, & arena vel glarea in ipsis cellarijs, obruitur per triennium: inde cum exemtum fuerit, duratum in lapidem apparet è quo potissimum cotes fiunt, quibus ad ferramenta acuenda mensarij utuntur. I. Kemptmannus de fossilib. fol. 35.

POst Fluores pauca dicam de lapidibus illis, qui ex aquis ortum habent, & paulatim ex ijs lapidescentibus concrescunt, sive stiriæ & pyramidis aliqua specie, ubi defluendi locum aqua habet. Lapides quidam & succi concreti

stirijs

ſtirijs ſimilis in ſpeluncis ſtant, vel in earum cameris pendent, Agricola. Et alibi: Marmor candidum, quod in Germania reperitur, aliquando in Stirias concrevit. Sive latiore quadam & cruſtacea forma inhærente, ſicut & lebetibus, ut in balneorum vaſis maxime apparet, & canalibus Thermarũ, in quibus aqua coqui longo tempore aut ſervari ſolet, cruſtæ quædam lapideæ inſident, Græce quidem lapides hujuſmodi ὑδρογόνους cognominârim à recto ὑδρόγονος, proparoxytono, cujus ſignificatio paſſiva eſt, & ex aqua genitum ſignificat. Aquas vero quæ res ſibi injectas vel immerſas, in lapidem vertendi vim habent λιθογόνα ὕδατα dixerim, paroxytona voce, ſignificatione activa, quod lapides gignant, τὰ ἀπολιθοῦντα. De hujuſmodi aquis lege Senecam Naturalium Quæſtionum lib. 3. cap. 17. & Strabonem lib. 13. de aqua in lapidem dureſcente. & Chriſtoph. Encelium de lapidibus ac gemmis lib. 3. cap. 3. Sic & Thermarum Carolinarum in Boëmia guttæ in calcis gypſive ſubſtantiam vertuntur. Chirurgi Germanorum hujuſmodi lapides, ſtirijs præſertim ſimiles, aut cruſtaceos quidẽ, ſed bullis quibuſdam eminentibus inæquales, **Wallſtein** appellant, quaſi oſteocollos dicas: quod ijs in

Emplastra additis vim ossa, infantium præsertim ferruminandi inesse existiment. Meminit eorum in sua Chirurgia Germanica Hieronymus Brunsuicensis. Horum duæ species inveniuntur. Stiria lapidea quam Germani Ein Wallstein vocāt, privatim vero Ein Tropffstein / id est, stillatitium lapidem. Hac figura (pyramide mutila, & mucrone fracto) lapidē album, gravem, durum, & splendescentem intus, ex mirabili quodam subterraneo Germaniæ antro, quod Bawmañshol appellant, vir genere nobilis, doctrina & virtute nobilior, Iohannes Reiffenstenius ad me misit.

Silex pertusus foraminibus aliquot, natura vel casu aliquo nos latente. Hujusmodi autem lapides mulierculæ quædam superstitiosæ quærunt, circa torrentes & fluvios, stolide persuasæ curatum iri vaccas quæ sanguinem cum lacte reddunt, si papillis in hæc foramina immissis mulgeantur.

Lapilli quidam altissimi, perexigui, durissimique: quos Petrus Coldebergius pharmacopæus Antuerpia misit, Gypselli fictilia voce diminutiva, à gypsi colore, dici potuerunt. Hujusmodi lapides ὑδρογενὺς Theophrastus sentire videtur generari ἐκ συῤῥοῆς, hoc est, paula-

paulatim ex aquarum & guttarum confluxu. Vidi aliquando ſtrumarũ quadam ſpecie craſſos admodum, ſplendidos intus & ſubruffos, & fœtentes: quales ad Andelfingam pagum agri Tigurini inveniuntur. Sunt qui ab hujuſmodi aquis tofos & lapides gignẽtibus, bronchocelas etiam, id eſt, gutturum ſtrumas excitari putent. Lege Iul. Cæſ. Scalig. Exercit. 60. parte 2. An vero renum quoque & veſicæ, alijve in animalibus lapides crebro earum potu coire poſſint, conſiderandum. Amomum coctum cum aquis lapides generantibus, eas expurgare in Euporiſtis Dioſcoridis legimus, lib 2. cap. 121.

Pumex, Porus & Tofus dicti lapides, & ſi ad ſpongias forte capite de Aquatilibus referri poterant, quod eis ſimiliter multifora (ut ita dicam, ſicut Græci πολύτρητα, & multifores ſpecus Plinius) ſint corpora cavis exiguis creberrimis, ſeu cavernulis & foraminibus plena.

In ſpelunca quadam per ſummum montem, fornici adhærens naſcitur ſubſtantia quædam fungoſa, friabilis, alba, leviſſima; quam Fungum petræum dixeris, vel Agaricum ſaxatile: tam ſimilis hujus eſt facies Incolæ Monmilch appellant, id eſt, Lac lunæ, à ſubſtantia alba & ſpumoſa, ex qua concretus videtur hic lapis. ſi

lapidis

lapidis nomen meretur. Aquæ mixtus, albo lactis colore eam inficit Insipidum est. Siccat sine morsu. Nulla in eo asperitas: & totum cum saliva mādentis liquescit, præsertim quod melius fuerit, nam & crassius asperiusque reperitur, immaturius nimirū & crudius: quod odore etiam caret. Concoctum autem & perfectum, ut asperitatem amittit, ita albius colore, & pondere levius, & suaviter odoratum redditur. Videtur autem naturam Holosteis dictis lapidibus, qui in terra arenosa in Palatinatu effodiuntur, proximam habere: & lapidi quem ego ab odore Cydoniten nominatio.

Superstitiose quidam adversus quemcunq; morbū ægroti cujusvis, propter quem expresso ipsius nomine è spelunca petatur, salutarē esse putant. Lucernæ in Pharmacopolio venire solet. Pollinem ejūs chirurgi ulceribus desiccandis inspergunt. Sunt qui nutricibus, ad augēdam lactis copiam, pollinis hujus drachmam exhibeant, è jure ni fallor: (potest aut commodius ex lacte amygdalarum cui mixtus hic pollem aliquot horis fuerit, colato propinari, cum pauco saccharo & aqua fœniculi) ajunt autem mamillas evidenter hoc auxilio turgere & repleri lacte. Præterea à docto quodam viro, nuper proditum invenio, Lac lunæ in profluvio sanguinis utiliter dari tan-

quam somniferum, idque sibi experimento constare. Quod an nomẽ priscum, ego aut ipsum Morochthũ veterũ esse aliquando putavi: aut certe illius facultates obtinere; sed amicus quidam rerum fossilium omnium cognitione clarus, Margæ friabilis gen⁹ esse mavult. Stiriæ dicuntur, quæ ex aqua congelata hyemè à tectis dependent. Lapides quidã & ſucci concreti ſtirijs ſimiles in ſpeluncis ſtant, vel in earum cameris pendent, Agricola. Plura leges ſupra cap. 1. Achatę aliquando fluminum imaginem reddunt, Plinio teste.

Cæterum ut Hãmites totus arenulis rotundis conſtat: ita Stalagmites, apte ſane à doctiſſimo viro Georgio Fabricio dictus, è guttis itidem rotundis, in lapidem gypſeæ ſubſtantiæ converſis, totus coagmentatur. de quo ſic aliquãdo ad me idem Fabricius ſcripſit: Hãmites alius eſt à Stalagmite, ſic n. nominatio qui è guttulis calidarum in terra arenaria formatur: qui pro qualitate terræ, modo cãdidus, modo griſeus, (fuſcus) pro qualitate aquæ guttatim defluẽtis, modo piſorum, modo coriandri refert magnitudinẽ: & reperiuntur in una maſſa plurimi quaſi favis incluſi, & eximuntur ea ceu grana. Hammitæ vero corpus unum eſt ſaxea duritie & ex una fit materia, aut ex ſola harena, qui coloris cineri effoditur in Pruſſia, eo

loco

loco qui hortus rosarũ nominatur: aut ex ſucco lapideſcente, qui eſt candidus. Vtriq; ſunt inſperſæ micæ coloris argentei. Stalagmites copioſiſſimus eſt in thermis Carolinis prope Schlaccevaldam, Caſparis Pflugij oppidum in Boëmia. Stalagmitæ jam dicto perſimilis eſt lapis quẽ ego Piſolithum aut Orobiam voco, quod è multis ceu piſis, vel ervis conſtet, præ duris, & quæ dentibus frangi nequeant, colore fuſco. Hic non male Hammites major appellatur, Germanice groſſer Rogenſtein/ oder Erbſſtein. Plura vide infra cap. 8.

Cæterum ut Stalagmites è guttis ſuam formam ſervantibus coit: ſic ubi deſcendunt in longitudinem guttæ, & veluti ſtirias efficiunt, (quales è nivibus liquatæ tectorum alibive aquæ, rurſus antequam defluant gelu aſtrictæ pendent, pyramidum ſpecie, plures plerunq; pariter, magnitudine inæquali) aut inæqualiter protuberantem choeradum ſive ſtrumarũ ſpecie, lapides gignuntur, quos Wallſtein Germani vocant, ab eo quod oſſa ferruminare credantur emplaſtris additi. Dependent autem, ni fallor, à ſaxis fere, per quæ craſſior aqua & frigidior, paulatim defluit, ut in arce Bruneggo non procul Lenceburgo in Helvetijs: & prope catarrhactẽ Rheni inferiorem ad Lauffenburgũ oppidum in proximo

monte, qui plane ſtirijs ſimiles ſunt, oblongi, teretes, niſi quod in mucronem ut pyramis exeunt albi, pellucidi. Inveniuntur & Tofi ſubſtantia alibi, ut in Hungaria Dacico ſeu ſeptem caſtrenſi tractu. Iuncos lapideos apud mare rubrum provenire, quos nemo viſu à veris poſſit diſcernere, retulêre qui ex India miſſi ab Alexandro in mare navigarunt: item plantas marinas illic, quoad in aqua ſint, colorē algæ minutæ habere, cum vero exemtæ ad Solem ponuntur, mox ſali ſimiles fieri narraverunt, Theophraſtus. Hiſtor. ſtirp. libr. 4. cap. 8. ubi etiam ſcribit in ſinu ejuſdem maris Heroo cognominato, Laurum eſſe, & Oleam & Thymum; verum nō viridia, ſed lapidis ſpecie, parte è mari eminente: ſimilia tamen viridibus, tum folijs quam germinibus. Colorem quoque floris in thymo, tanquam nondum perfecte floruerit, liquido depræhendi. Iunci in lapidem verſi genera duo Vlyſſes Aldrovandus medicus excellentiſſimus Bononiæ habet. Lapidem in junco amicus quidam meus Monſpelij invenit, in radicis quodam veluti, modo totum abditum & immatum, quem à Viro quodam docto lapidem Cyperi vocari ajebat, & ad amuletum adverſus epilepſiam, ſi recte memini, magni fieri.

Leguminum ſpecie lapides quidam inveniuntur,

nuntur, pisis (de quibus mox in P) aut lentibus similes: partim coagmentati ex pluribus ceu granis aut seminibus, partim etiam grana singula & separata: quę sua foris tunica teguntur, ut intus etiam plane referunt legumina vera, duritie summa, & ne validorum quidem dentium morsui cedente. Lithosprea dixeris Græce, Hujusmodi granis audio agros quosdam alicubi plenos, veluti satos reperiri. C. Gesn. de fossilibus.

IN valle quadam præterlabitur Elsa fluvius, à quo etiam vallis illa nomen accepit; & in vicino colle est castellum ab eo Collis appellatum, supra quod oritur flumen illud limpidissimum: quod quidem flumen cum parvo spatio fluxerit, recipit in se torrentem Sena vulgo dictum; qui torrens scatet quodam lapide, qui confusus est cum illa aqua ut ex eo patet, quoniam & ligna, & herbæ, & omnia quę in aqua illa manserint, circumcirca superficiem lapidescunt, quod non alia certe ratione fit, quam quia simul cum aqua fluit & succus lapideus, qui non est cum aqua illa cõmixtus, sed confusus ob hanc rationem: quoniã aqua illius fluvij frigida est. Frigiditas autem non efficit mixtionem; sed calor: quod autem

& defectum caloris ſuccus ille lapideus nõ commiſceatur cũ aqua illa;conſtare hinc poſſet, quod apud Senenſem urbẽ eſt caſtellum, Rancolano, vulgo dictum: & in colle prope illud caſtellum ſunt gemini fontes ſcatentes calidi: quorum fontium aqua utuntur incolæ illi ad varios uſus, & inter cęteros ad volvendos molendinares rotas: canales autem illi, per quos aqua fluit ad rotas volvendas; replentur cypero, juncis & alijs herbis, ita ut neceſſe ſit, quarto ſaltẽ quoquo anno, canales illos expurgare ab illis herbis: quas herbas ſi proijciant in ſolum inibique relinquant; lapideſcunt omnes: quoniam cum aqua illa eſt cõmixtus ſuccus lapideus, quo herbæ ipſæ in canalibus nutriebantur. Cum enim ſuccus ille ſit vere cum aquæ ſubſtantia mixtus; non poterant herbæ pro alimento ſuccum illum attrahere, quin ſimul etiam attraherent aquam, & propterea in aqua ipſa non lapideſcebant: eo quod aqua eſſet impedimento. Nec mirum vobis videatur herbas nutriri ſucco lapideo, quoniam & corallus planta eſt: quæ tamen, cum ad maturitatem pervenerit, lapideſcit: quoniam ſucco lapideo alitur. Ita & junci illi, & aliæ herbæ ex canalibus illis extractæ, in terramq; projectæ, cum fuerint exiccatæ, lapideſcunt: quoniam alebantur lapideo ſucco. Quod autem hoc ſit verum;

verum; patet: quia in eo ſolo ſunt & aliæ plantæ, quæ non fuerint extractæ ex illis canalibus, & non lapideſcunt. Colligo itaque hinc, eum aqua illorum fontium eſſe vere cõmixtum ſuccum lapideum: quoniam & ibi calor eſt, qui potuit mixtionem facere, in aqua autẽ fluvij dicti ſuccus lapideus eſt cõfuſus, & non vere cum aqua commixtus: quoniam ibi deficit calor mixtionem faciens.

Sed ſciendum eſt ut ſupra etiam annotavimus, quod ſuccus iſte lapideus dupliciter cum aquis medicatis miſetur aliquando vera & propria mixtione: ita ut ſi aqua illa attrahatur à planta aliqua pro ſui alimento, ſimul & ſemel attrahitur & ſuccus lapideus: quo deinde fit, ut planta lapideſcat. Aliquando autem non miſcetur, ſed potius cum aqua confunditur: & ideo ſi aqua à planta attrahatur, non attrahitur cum ipſa ſuccus, & per conſequens non lapideſcit planta. Primo itaq; modo mixtionis ſuccus lapideus eſt in balneo Rancolani. Secundo autem modo reperitur in balneo Aponitano. Et, ut ſciatis, per ſuccũ lapideum intelligo humorẽ quendam optime elaboratum, & coctum, genitum ex materia lapidoſa; qui humor, ſeu ſuccus ſucceſcẽs vertitur in lapidẽ. & vocàtur ſuccus, quia eſt humidę ſubſtãtia, vocatur ꝑterea lapideus tũ quia ex materia

lapidea eſt factus, tum quia, cum ſiccatur, abiit in lapidem. Verum, advertendum eſt, ac ſciendum, quod aquarum aliæ habent ſuccum lapideum, & illum vel mixtum optime ſecum, vel confuſum; aliæ non ſuccum lapideum, ſed ramenta lapidum habent per totam ſui ſubſtantiam diſſeminata, ac diſperſa: & tam illæ, quæ habent in ſe ſuccum lapideum cōfuſum, quam quæ continēt lapidis ramenta, edunt lapides: ut conſtat ex balneo Aponitano, & ex balneo de Corſena. Nam circa parietes fontis balnei Aponenſis concreſcit lapis: quoniam aqua illa habet in ſe ſuccum lapideum confuſum; idem quoque fit circa canales balnei de Corſena: quia in illa aqua diſperſa ſunt ramēta & minimæ particulæ lapidis.

Materia autem lapidum ſecundi generis, qui lapides caſu fiunt ex alio corpore, quod prius non erat lapis, ut ex folijs, lignis & hujuſmodi, eſt ſuccus lapideus, qui concretus, & exiccatus convertitur in lapidem illius generis, cujus ſuccus ille eſt: non autem ſuccus iſte eſt efficiens, ut opinatus eſt Agricola in quarto ſuo libro de Natura foſſilium: nam efficiens eſt vel frigus, vel calor, ut infra declarabo. Succus igitur lapideus eſt materia horum lapidum, quem ſuccum lapideum licet noverint antiqui; tamen mirum eſt, cur tam frigide

de ipſo

de ipſo ſint locuti: nam Ariſtoteles vix duo verba de ipſo dicit ſub nomine humoris. Nos autem anno elapſo, dum de balneis medicatis ageremus, ſæpe de ipſo mentionem fecimus: & eſt duplex. unus non purus, alter purus, qui eſt humor quidam clarus, & limpidus, qui ſicceſcens concreſcit in lapidem.

Alterum genus ſucci, quod invenio, eſt ſuccus ille, qui habet pro materia exhalationem ſiccam, & humorem quendam purum: quibus ſimul mixtis reſultat ſuccus quidam clarus, & purus, ac veluti gemmeus. qui ſuccus imbibitus poſtea, vel in folijs vel in lignis, vel in ſimili ſubſtantia, concreſcit in lapidem. Vnde vidi ego aliquando Venetijs fruſtum roboris magnum in lapidem pulchrum, jaſpidem quaſi referentem, fuiſſe converſum. His poſitis; dico, quod materia lapidum ſecundi generis eſt ſuccus laqideus, vel ille impurus, vel iſte purus, & veluti gemmeus. Tertium genus cõtinebat lapides illos, qui in plantis fiunt, quorum materia eſt ſuccus quidam exiſtẽs in Cavernis profundis maris: qui ſuccus attractus à planta ratione cujuſdam affinitatis & proprietatis; concoquit optime, & planta lapideſcit. quod autem ſuccus attrahatur ratione cujuſdam proprietatis ex eo patet, quod ubi generatur & lapideſcit Corallus, ſunt varia ge-

nera muſci: tamen corallus lapideſcit, muſcũs minime. quod porro ſuccus ille attractus à planta illa vertatur in corallum per concoctionem; perſpicuum ex eo eſt, quod videmus unam, atque eandem coralli plantam habere aliquas partes magis lignoſas, aliquas magis lapidoſas. quod rurſus ſuccus iſte ſenſim attractus, recipiat magnam cõcoctionem in plantis illis; patet ex mutatione coloris ipſius plantæ: nam ex alba, vel viridi, aliove colore donata, fit rubicunda. Succus igitur iſte eſt materia lapidum genitorũ in plantis, à quibus ſenſim ſuccus ipſe attrahitur affinitate quadam, & maxime concoquittur: qui ſuccus reperitur ſolum in quibuſdã cavitatibus maris. at ſuccus ille impurus, & ex quo generantur lapides ſecundi generis, in omni fere terra reperitur. quod inde patet, quia lithoſpermon planta ubique naſcitur, & efficit ſemina lapidoſa, ratione ſucci lapidei attracti, quod autem illa ſemina ſint lapides; eſt notiſſimum: quia nec uruntur, nec emolleſcunt, nec eliquantur.

Debetis ſcire, quod corpora dupliciter cõcreſcunt à frigore, & dupliciter à calore. dicamus primo de ijs, quæ cõcreſcunt à calido. Invenio itaque quædam conſcere à calido ea tamen ratione, ut iterum à calido poſſint eliquari,

quari,& prius quidem eliquari, quã emolliri: cujuſmodi eſt ſal,& nitrum, nam hæc liquantur à calore,etiam ſi à calore concreverint: liquantur etiam ab humido, & ratio eſt,inquit Philoſophus, quia quando cõcreverunt à calore,non fuit abſumta tota humiditas ſuperabundans, ſed remãſit in meatibus illis tenuiſſimis:quia porro meatus iſtorum,ſcilicet ſalis, & nitri ſunt ordine diſpoſiti, & æqualis magnitudinis; hinc eſt quod addito humido prius eliquantur,quam emolleſcant: nam humidum extrinſecum æqualiter penetrat, Igitur primus modus quo corpora cõcreſcunt à calore,eſt,quando ea ratione concreſcunt, ut iterum poſſint à calore liquari, & pariter ab humido: & prius quidem liquari quam emolliri. Alter modus eſt quando corpora ea ratione concreſcũt,ut prius emolliantur, quam liquentur.& hoc modo concreſcit lutus,nam calor agens in ipſum,non abſumit totum humidum adventitium, ſed relinquit ipſum in meatibus: qui meatus non ſunt æque magni, nec ordine diſpoſiti, ſed alij anguſtiſſimo, alij lati, alij per unum ductum, alij per alium: & ideo addito humido non recipitur æqualiter in omnibus meatibus; & hinc eſt quæ lutus prius emollitur,quam eliquetur. Sed lateres,& lapides ſubterranei,quoniã in ipſis relicti ſunt

cti ſunt meatus anguſtiſſimi, & abſque humido adventitio,& ſuperabundanti; ideo ab humido non puſſunt emolliri, nec eliquari, patent igitur duo modi,quibus corpora concreſcunt à calore. A frigore etiam concreſcunt duobus modis: nam quædam concreſcunt,ita ut à calore liquentur,qualis eſt glacies, ſaccarum candi,& ſucci concreti. Hæc enim omnia cum concreverint à frigore, eliquantur à calore;quia in ipſis abundat humidum adventitium,quod denſatum fuit à frigore, ſed tota humiditas ſuperabundans abſumitur,ita ut in concreto corpore non remaneat niſi humidũ lentum conglutinans: & iſta non eliquantur à calido,quoniam conſumtum eſt totum illud humidum adventitium, quod debeat replere meatus; & hæc ſententia eſt Ariſtotelis in 24. ſectione problematum, problemate undecimo; ubi inquit, quod exceſſus concretionis à frigore abſumit humidum, & efficit lapides.

Concreſcunt quoque lapides in aquis calidis, ut patet in balneo Aponitano: ubi reperietis concretum lapidem: ſimiliter & circa canalem ligneum ducentem aquam pra volvenda mola,& circa aquæ ductum ex factitio lapide conſtructum, & paſſim, præterquam

circa

circa saxa illius collis : quod est mirum. causam tamen credo esse hanc, quod in illis saxis non sunt pori, ita ut possint imbibere succum illum lapideum, ut sunt in canali ligneo, & in lateribus illius aquæ ductus : ideo ob defectum pororum in illis saxis, non posset ipsis inhærere succus ille lapideus. quod hoc sit verum, patet ex eo modo conficiendi saccarum candi; nam cum eliquatum est saccarum, si ipsum inijciant in vas vitreum, vel testaceum vitro obductum; nihil vel minimum saccari concrescit circa parietes. Sed si vas non sit vitreum, nec vitro intus obductum, multumi saccari concrescit circa parietes ob poros, qu adsunt: in quibus meatibus imbibitur portio aliqua saccari, & illi portioni ob similitudinem additur, & connectitur alia portio, donec multa saccari quantitas adhæserit. Gab. Fallopius de metall. & fossilibus.

ADdam unam quæ superest Physicam Aristotelis objectionem, quam habet libro de sensu cap. 5. Quod autem dicunt quidam Pythagoreorum, non est rationabile. nutriri enim dicunt quædam animalia odoribus, primum namque videmus cibum, oportere esse compositum. Etenim quæ nutruuntur simpli-

cia non ſunt. Et rationem hanc arguēs ſubdit: Præterea neque aqua ipſa ſola incōmixta exiſtens, vult nutrire, corporeū enim quid oportet eſſe id, quod debet cōſtituere. Adhuc multo minus rationi coonſonum eſt, aërem corpeſcere. Negat hic aquam per ſe ſolam, non mixtam, nutrire poſſe. At lib. 6. cap. 16. anguillas affirmat nutriri aqua Pluvia. Idem confirmat lib. 8. cap. 2. Plurimæ ſane potabili aqua. An vero aqua pluvia mixta eſt: Et ſi hæc mixta eſt, quæ nam ſimplex eſt? Ait multo minus rationabile eſſe aërem corporeſcere. Si ſcirem quæ animalia Pythagorei odoribus vivere dixiſſent, conferrem aëris corporeſcētiam cum aquæ corporeſcentia, quæ non ſolum nutrit, humores & carnes creat, ſed etiam duriſſimas cruſtas circumcreſcere facit carnibus piſcium eorum, qui affixi manēt, hos enim omnes ſola aqua potabili nutriri ipſe idem ſcribit, modo allato cap. in hæc verba: Oſtreaceorum animalium, quæ immobilia ſunt, nutriuntur potabili hanc eſſe mari tenuiorem reddit. Pœnetrat enim per denſa quia tenuior eſt, mari cōcoquente. Si ergo tenuis aqua ſola incōmixta nutrit, & ita nutrit, ut ex ea corporeſcant duriſſimæ Oſtreæ, cur non & aërem rationabile eſt ita corpeſcere in carnem ſaltem aliquam, qualis eſt chamælentis caro, quē multi amici mei,

mei,& ego multoties in Cypro cũ essem multos dies ac menses vivos habuimus, nec unquã,etiamsi varias herbas, folia, flores,semina,insecta,alia apponeremus,quidquã comedere advertimus aëre nutriri cõcludebamus, &rorido aëre exhilarabantur.Sed Manicodiata avicula Indica, quæ nunquam terram aut solidum quicquam contingere est à multis & indigenis,&nostratibus curiosis viris visa,carnes tamen,nervos, ossa,rostrum, plumas habet, in aëre nasci, in aëre vivere ac mori creditur,qua alia re nutriri est existimanda quam aëre? Quod si verum est in Mamicodiata, & in chamæleonte, verum est aërem corporescere. Si aër corporescit etiam vapor, qui sedes est odorum,res aëre crassior, & compositior,possibilis ergo est Pythagoreorum traditio.Non est ergo jure ab Aristotele reprehẽsa. F.Patritius discuss Arist.fol.312.

REfert Strabo Eulæi aquã alijs drachma,id est,acetabuli mensura fuisse leviorem.Est autem hoc juxta Plinij doctrinã,parte quintadecima. Sed ab his ad aquarũ miracula transeamus. Sunt enim aquæ maximarum virium, ut etiam ligna in lapides vertere soleant.

Refert

Refert Albertus Magnus, in Danico mari, juxta Lubecensem urbem, sua ætate inventum arboris ramum cum nido & pullis, qui cum in lapidem cum arbore & nido essent conversi, tamen adhuc colorem suum retinebant. Et Georgius Agricola in Elbogano tractu juxta oppidum à Falconibus cognominatum, integras cum cortice abietes in lapidem versas esse: atque quod majus est, in rimis etiam pyritidem lapidem continere. Et Domitius Brusonius in Sylare amne, qui radices montis ejus, qui est in agro urbis Vrsentinorum olim, nunc Contursij, lambit, folia & arborum ramos in lapides transire, non fide aliorum, sed propria, ut qui incola sit regionis. Cortices autem lapidum annos numero ostendere. Sic guttæ Cortici fontis (hoc enim nomen à vulgo inditum est) sparsæ lapidescunt. Et in Dacia Cepusij aqua in urceas transfusa lapidescit. Non tamē horum omnium eadem ratio: nam quæ calore mutant alia in lapides, tuto bibi possunt, quoniam circa omnes calidas aquas fungosi lapides generantur: at qui fontes concrescunt frigore gypsei sunt, ac non veneni expertes: nam frigus omnia durat, & cogit in lapides. Ob id in fluminum alveis, & ob perennem motum qui terram aufert, lapidum copia semper ferme adest, ni lento motu fluant.

ant. In mari tamen lapides Aristotele teste sic generantur. Ex collisione enim fluctuum spuma gignitur, quæ ac alijs rursus fluctibus cogitur, demum à salsugine siccata, additaque arena tenuiore, cõcrescit in lapidem. Et quamvis hæc de lapidibus tantum dicta sint qui in mari generantur, de omnibus tamen erunt intelligenda, qui in aquis ortum habent. Sed in fluminibus & torrentibus ac fontibus frigiditas est loco salsuginis, quæ cogit. Hæc autem calor est quidam; nam calorum quidam dissolvendo, quidam cogendo, utrique autem concoquendo generant. Qui autem cogendo, frigiditas ob id dicitur, quia Galeno teste, nihil in homine frigido coactum est, Minor igitur est hic calor humano, quamobrem frigiditatem appellamus.

Sic pariter hydrargyrum inunctum externe, à membris & ulceribus pituitosos ichores ad collum, fauces, adenes salivales, ac dentes & gingivas regerit, perque illorum poros superne expurgat, & ad dentes ac pulmonem protrudit. Vnde aliptæ Hispanorum & Italorũ, ex hydrargyro, cerusas & minio una maceratis, fucum præparant: qua cum mulieres earum genas quacunque inunxerint his dentes brevi marcescunt, anhelitus male olet, fronteque corrugata, oculi caligant, & sene-

ſcentes aſthmate pereunt. Nil igitur mirum, quorundam fontium hauſtu, qui ex metallorum montibus ſcaturiunt, dentes excidere: quippe, teſte Victruvio, ex his montibus, in quibus argentum, aurum, & horum parés hydrargyrum latet, uberrimi ſcaturiunt fontes, & herboſo ceſpite virent. Nam qui ſolerti induſtria horumvenas ſcrutantur, mane menſis Maij ſereno nebulas in vertice montium emergentes, ac inſtar lanæ vel cotti goſſypij, ſupra ceſpitem pendulas velut fontium ac metallorum indices, dedita opera obſervant, ibique argēti vivi venas ſubeſſe conijciunt, quādoquidem aquarum ſcaturigines per metallorū venas, ac præcipue in alpibus erumpunt. Has viroſa metallorum qualitate dētibus noxia, imbui, credere par eſt. Vnde Plin. ſcribit, in Germania trans Rhenum caſtris à Cæſare Germanico promotis, maritimo tractu fontē fuiſſe, cujus potatoribus dentes intra bienniū deciderent, compagesque in genibus ſolverentur. Et Victruvius: Suſis, inquit, quæ erat Perſarum metropolis, fonticulus erat, ex quo qui bibebant, dentes amittebant. Diximus paulo ante, hydrargyrum non modo pituitam ab infernis partibus ad colli glandulas & caput regerere: ſed etiam congeſtam in capite, ad partes capiti ſubjectas, cervicem, guttur

tur præcipitare. Hinc, qui has hydrargyro medicatas bibunt aquas, ijs chœradibus & bronchocele, tumore à gutture ad pectoris furculam fere pendulo, collum turget. ob idq; Victruvius erudite mehercule, ex membratura & habitu corporis incolarũ pulchro vel deformi, naturas aquarum illius regionis explorare præcipit. Vnde in Senensi comitatu, ad Lucam, celebrem Italię civitatem, vicio aquarum incolis in collo scyrrhos, scrophulas, & strumas nasci tradunt. Et Victruvius auctor est, Equicolis, olim bellicosis Italię, de natione Medullorum prope alpes, populis, guttura bronchocelis turgere. Nil certe mirũ, quum Alpes metallorum venis, per quas aquarum scaturigines emanant, abundent: earum accolas gutturosos fieri, præcipue Noricos, ultra Saltzpurgium, Oenopontẽ, & Curiam Rhœtiæ oppidum, ac eos qui Styriam & Carinthiam incolunt, quondam Carni & Taurisci à Tauro monte appellati: quorum montes etiam nostro ęvo ferri, auri, argenti quoque mineris, & olim quoque fuisse locupletes, Æneas Sylvius tradit. Nec id tantum illic natis incolis vernaculum est vicium, sed etiam advenis: qui si collo etiam anserino graciliore advenerint, & aliquot annos de his fontibus potaverint, guttura eos, veluti taurorum colla, quibus

palearia dependent, referre videbis. Et quod omnem superat admirationem, nec hoc corporis vitium tantum homines, sed ligna etiam sive virgulta in fontes quosdam projecta afficit: quibus, viribus aquarum, intortis, tubera velut in oleis arboribus, adnaſcuntur.

Pituita ſiccata lapideſcit ac ramentis oſſiū, & fictilium teſtis ſimilima videtur. hæc delirum vulgus philoſophiæ imperitum in apoſtemate præſtigijs dæmonum, aut veneficijs anus accidere credit. hæc autem in diuturna ex alteratione putrefactione enaſci experimur, ut lignum quercinū ſub terra defoſſum mutatum in cotem lapideam hiſce manibus erui. Galenus quoque hæc & plura alia oſtentis ſimillima in abſceſſibus ex atra bile & pituita ſubnaſci his verbis teſtatur: Humores, inquit, ubi in abſceſſibus perduraverint, plures habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis, & teſtis, & lignis, atque carbonibus & limo & ſorditiei feci, & ſtipulæ & amurcæ & multis alijs in abſceſſibus ſimilia inveniuntur corpora. Idem lib. 3. epiſt. 4. Vbi locus de Chœradicis repetitur, &c.

Criſtal-

CRistallus glacies multos durata p annos,
Vt placuit doctis qui sic scripsere quibusdam
Carminis antiqui, frigus tenet atque calorem.
Pars negat, & multis perhibent in partibus orbis
Cristallum nasci, quæ non vis frigoris ulla est,
Nec glacialis hyems nunquam violasse probatur.
Sed certum cunctis, neque stat violabile tanquam
Quod lapis hic soli subjectus concipit ignem,
Admotosque sibi solet hic accendere fungos.
Hunc etiam tritum quidam cum melle propinant
Matribus, infantes quibus assignantur alendi,
Quo potu credunt implerier ubera lacte.
Et mox.

Pars negat &) Arnoldus cujus frequenter meminit Vincentius in speculo suo, homo nō indoctus in lib. de lapidibus, Christallū non vehementia frigoris in glaciem converti scribit, sed potentia terrestri indurescere instar aquæ congelatæ. Nam & hæc in regionum partibus etiam reperiatur, ubi solis ardor vehementissime æstuet, cujus opinionem non-

nihil comprobat Solinus. Facile tamen crediderim ex glacie lapidem formari, præsertim cum aliquando pluvialis aqua non frigoris rigore, sed terræ in quam ceciderit proprietate, & etiam lignũ in lapides transformentur. Hujus signum est lapis qui Corallius dicitur, qui absq; dubio delignis generatur & plãtis. Scribit Albertus quod aliquando arbor in quam aves nidificarint cum avibus in mare aliquod juxta civitatem quę est Lubicensis, sit vi & impetu ventorum de littore, dejecta, unde (fortassis propter aquæ conditionem) & arbor & aves lapidum tulerint sortem. Et aliud cui fidem adhibendam censet: In Gothia, inquit, fons est, quicquid huic immittitur, lapidescit. Vnde Imperator Fridericus rei incredulitate perculsus Chirotecã annulo signatorio notatam (ut probaret si quid veri esset) immisit, quæ ex illa parte, quæ fuerat immissa, paucis diebus lapidea cum signo est reperta. Marbodeus de lapid. cum notis pictorij.

CAlci vis ignea attribuitur, mordens, adurens, & crustas inducens, temporis tamẽ progressu, nec crustam gignit, tametsi etiã calefacit, & carnem liquat. Sciẽdum tamen calcem in thermalibus aquis, nihil aliud esse quã mate-

materiam exustã, seu lapidem qui remanet ab exustione terræ, vel succi lapidei, ceu cinis quidam, qui post exustionem remanet: Eoq; solo dissidét, quod cinis à lignis exustis sit reliquus, calx vero à lapidibus cõbustis restet. Ideo ratione ignis & lapidis vim insigniter calefaciẽtem & exiccantem obtinuit calx, veluti cineres quoque, ratione materiæ exustæ, qua constant, inter se differunt, alijq; alijs efficaciores & ignaviores esse deprehenduntur Quod exemplo cinerum ficulneorum, è sarmentis vitis, brassicæve stolonibus,. & corylis crematis confectorum, planum evadit.

Salem inquit Dioscorides astringere abstergere, expurgare, dissipare, reprimere, extenuare, crustas inducere, & à putredine vindicare. Galenus vero addit salsam qualitatem digere & contrahere cõtactam ab ea substantiam. Sal quicquid id corporibus humidum est, id totum quodammodo absumit, & quod reliquũ est substantiæ solidæ astrictione cõtrahit, & proinde etiã conditura sua corpora siccat, & à putredine tuetur. Hinc patet, quales usus etiã corpori humano sal prꝏstet, meritoq; salsæ aquæ in precio erunt habendæ. Etiã veteribus tam Græcis qua Romanis garũ, (id est, carnium vel piscium sale maceratorũ putredo, sive liquamen) in delicijs epulatũ erat:

veluti & muria etiam olera, radices fructus, puta olivas & cappares, condiebant, & sic esitabant. Nunc autem Sardos pisces (quos Sardellos vocant) & encraticholas (ob truncatum caput mutilatos) etiam pisciculos, Genvensibus Inchioas dictos, substituimus, qui nostris quoque jam mensis, in has comportati regiones, innotuerunt; taceam de Ovis Sturionum sale & oleo condidis, quæ Caviari Italis dicuntur. Quorum omnium in re medica utilitates, præter gulæ delicias, Dioscorides & Galenus & Ægineta peculiaribus descripsere capitibus. Equidem ventriculo cibum fastidienti eorum usu egregie subvenitur, & pituitã è ventriculo abstergendo etiam alvum, subducunt, si cum oleo, aceto, origanoque Hispanico, aut ejus loco, piperis modico prima mensa cõmedantur. Natura duce etiam columbæ edoctę, pipionum languentem stomachum in oscula ingesto sale, vel terra salem recipiente, restituunt: veluti pecoribus & pecudibus salem, præsertim fossititium, saxeum illum, lambendum sæpe obijcimus, cum segniores ad pascua videmus. Quod carnes à putredine vendicet, quotidiana ostendit experientia, imo qui vina corruptione, ac nimia æstus ebullitione præservare volent, salem inijciunt, qui etiam sua gravitate, fæculentiam in fundum

fundum deturbat & detrahit: ſalubriusque vinorum elutriationi quam ſulphur adhibetur: quod ne illis quidem incognitum, qui vinis pendulis ſale toſto injecto, medentur. Per digreſſionem hæc dicta videbuntur, attamen exemplis probare, quæ Dioſcorides & Galenus de ſalis dotibus recenſuerunt, forte non omnino alienū fuerat à propoſito, ut vel hac analogia ad hominem tranſlata, quid in corpore humano præſtare potis eſſet ſal, magis perſpicuum evaderet.

An vero calidæ vel frigidæ ſint aquæ acidæ conſiderandū, hoc eſt, an corpori noſtro quovis modo applicatæ, illud calefaciant aut refrigerent. Si acciditatem ſuſcipiunt ab alumine & chalcantho, quibus hæc prædita ſunt facultatibus, ijſdem etiam aquæ: ſi aquæ ſunt frigidæ, etiam metalla dicta erunt frigida: ſi vero calidæ, idem de metallis dicendum, & contra. Si alumen & chalcanthum erunt frigida, vel calida, idem de aquis acidis pronunciabitur. Conveniunt rerum naturalium inveſtigatores, qui tam alumen quam Chalcanthum calida eſſe. Chalcanthum vim erodentem habet, quod non niſi à Calore urente, nunquam à frigore, evenit; adeſt illi ſubtilitas partium, penetratio ſumma, etiā hæc à calore rarefaciente, & attenuante, cum frigus incraſ-

ſet,condenſet,& induret. Olei vitrioli paucarum guttarum uſus eſt in calculis comminuendis,cienda remorata urina,pituita in pectore incidenda & attenuanda, imo cruſtas ignis inſtar inducit. Nonné hæc caloris opificis ſunt munia ? Nam quod de ſucco limomum & portulucæ, pariter lapides atterentibus in renibus & veſica, affertur, aliam habet conſiderationem , ſicut & de ſucco uvæ acerbæ quem Omphacium dicimus. Quod calcanthum aſtringendi etiam vim obtineat, nemo inficias iverit,ſed ea prius ſiccitati tribui poſſet,cum pariter à calore ac frigore poſſit evenire. Imo Galenus miratur, quo pacto vehementiſſimæ aſtrictioni juncta ſit caliditas non in ſtrenua.Etiam alumen, omneſque ejus differentiæ calidum ſtatuitur. Aqua aluminis ſtillatitia erodit metalla duriſſima. Ergo calidum, quid putas corpori humano præſtituram,ſi ita aſſumeretur ? Cur igitur ſi contraria contrarijs curantur, aquas acidas medici refrigerandis membris calidis, aut morbis à calore profectis temperandis vel profligandis in ujum adhibuerunt ? In flammationibus , aut potius calidæ intemperiei jecoris, renum , potandas præbent: hectias quoque nondum Maraſmo laborantibus propinant: ulceribus renum,veſicæque exhibent,relaxa-
tionibus

tionibus ventriculi à causa calida, sputo sanguinis, mensium profluvio, opitulari asserunt? Hæc frigiditatem arguunt, & aquas acidas frigidæ temperaturæ esse testantur. Pugnat hîc cum ratione experientia. Cuinam igitur major fides adhibenda? Omnia remedia olim non tam fortuito vel casu quam experientia sunt. Ergo experientiam qui negat, sensum negat, ut ajunt Philosophi. Observatum est aquas acidas eos effectus edere, qui frigiditati competunt; itaque non negandum eas frigefacere. Ergo non Chalcantho vel alumine participabunt? Non sequitur: quia non semper contingit, ut mixtum ejusmodi omnino sit qualitatis cum rebus miscibilibus à quibus dependet. Aut ut planius dicam, Mixtum non semper eandem habet formam cum ijs è quibus conflatū est, alia siquidem est forma corporis simplicis; alia mixti, quæ è mixtione resultat, etsi non toto genere differens. Demus chalcanthum & alumen esse calidissima, quotacunq; eorum portio permixta erit tantæ aquarum moli? In Meteoris docet Aristoteles, guttā vini centum amphoris aquæ nō permisceri, neq; uniri, cum nulla sit inter ea proportio. Aquæ in acidis tanta est portio, ut facile obtundat vim erodentem & calidam, quæ ab alumine & chalcantho profici ci potuit,

potuit,quod & ſenſus docet, quia etiam largius potantes, nunquam faucibus aut ventriculo ſunt eroſi: neque ijs innatantibus cutis exulcerata ſtatim initio eſt,ut eſcharam pareret. Vnde dicendum eſſe quidem alumnis & chalcanthi tantam quantitatem, quæ ſufficiat aquæ in ſuam qualitatem traducendæ; aquæ autem vim & copiam, metallorum vim erodentem prorſus tollere. Vnde aliquid quidem caliditatis aquis ineſt: veruntamen è mixtione cum aqua,etiam frigiditas cõciliatur,quod aceto,è vappa, aut vino corrupto facto, evenit. In quo licet ſint aliquæ partes calidæ, longe tamen plures ſunt frigidæ, neque origini ſuæ primæ reſpondent, cum vini calorem amiſerint, ſuperſtite tenui & ſubtili portione etiam à putredine contractæ: cæterũ potenter refrigerare acetum, quotidiana docet experientia. Ita mixtione iſta aquæ cum metallis acorem quendam contraxerunt, & licet à calidis metallis originem traxerint,tamen ratione mixtionis cum aqua frigida, plures partes obtinuerunt frigidas quam calidas: attenuantem vero vim & penetrantem retinuerunt, cujus beneficio etiam ad renes & veſicam penetrare,atque lapides rumpere poſſunt, eadẽ virtute qua ſuccus limonum & portulacę hoc præſtant. Non igitur prorſus negandum aquis acidis

aeris inesse aliquid caliditatis, ita tamen, ut ea longe superetur à frigiditate, quod experientia testatum facit, adeo, ut nō inepte quis conjecerit, vulgus ob affinitatem, quam cum aceto habent gustatæ, vel manifesta etiam frigiditate deprehensa, Acidarum illis denominationem tribuisse. In quarum destillatione hoc memoratu dignum observavimus hac thermarum perlustratione, quæ solæ prope acidæ saporem suum genuinum in destillando retinerent; reliquæ ut plurimum amiserunt saporem sulphuris, aut alium [quamvis], quo ante destillationem imbutæ fuerant. Fæces enim residuæ, salem, alumen, chalcanthum exhibuerunt gustui, eodem sapore, quo prius in aqua deprehendebantur. Imo etiam fæces, ad candentem ferri laminam ustæ, eosdem sapores minime amiserũt, sed mordicus retinuerunt. Hoc terrestri, & crassæ earum substantiæ minimeque evaporabili est trubuendum: Cum enim hæc metalla ut plurimũ à terræ adustione fiant, nihil spirituosum in se continent, quę facile in halitum abire, aut evanescere posset, quæ sulphuri, utpote ignea & aërea substantia prædito est, peculiare, ut facile in aërem abeat, & levi adjecto igne ob subtilitatem vaporum facile resolvatur. Calci cum nullus sit sapor & gypso, sic etiam terris argillosis, non est

quæ

quod mutent ſapores, cum alias eſſent inſipida, niſi ab uſtione, cineris veluti ſaporem acquiſiverint. Vſus acidularum eſt, veluti reliquarum aquarum medicatarum, tam potu quam inſeſſione, præſertim, quibus cutis excoriandæ vel exulcerandæ ſtudium eſt, ad evocandos vitioſos humores è corporis centro ad circumferentiam. Alias frequentior bibendo uſus eſt, de quo in ſequentib. tradetur. Thom. Iordanus de aquis Brinnenſibus.

NVnc de lapideſcẽte dicam, cujus generis multæ ſunt in Zepuſio, inter quas etiam nonnullæ non aliter, quam calidæ, aut aliæ ſaluores frequentantur. Et ineſt his quoq; caloris, vel potius tẽporis aliquid, quod cum alijs temporibus, tum per hyemẽ manifeſtius ſentitur. Eſt vero inter eos fons eximius unus ad pagum, cui apud Zepuſienſes Germanos à rivi murmure nomen eſt, qui inſtar piſcinæ ſtagnat, & plurimã aquam reddit, in quam item ligna injecta, lapide ceu cortice obducuntur. Alter ad pagum qui vocatur Ioãnis. Nam qui anguſtius ſcatent, ſtatim atque paulukum profluxerint, lapideſcunt, & ita in tumulos exurgunt, cujuſmodi videtur unus ad pagũ D. Andreę nomine, alter cęteris inſignior prope arcem

tem Zepusiensem ad ædem D. Martini, quæ sacrarum ædium in Zepusio princeps est.

Hic scaturit, vel erumpit potius aqua bullienti similis, cum magno intus murmure & strepitu, qui admota aure non sine admiratione auditur. Erumpit at non foras tamen, & sub dio, sed etiam meatus sub terra quærit, & quacunq; vadit, lapis fit, quanquam qui subterranei sunt ejus generis lapides, pluvijs aquis irrigata humo, & eo madore diutius manente dissolvuntur. Solent autem accolæ his sic dissolutis & effossis ad opera cemētaria vice calcis uti. Qui vero sub dio nascuntur, ipsissimi sunt lapides, tofi dicti, levitate & raritate non dissimiles pumicibus. Et quia verisimile est, ijs aliquid glutinis inesse, qui in propinquo ædificant, libēter his ad muros faciendos utuntur, eoq; quidam illic dictitant, se domos ex aqua factas inhabitare. Et mox.

Ab hac quoque rursus acida alia haud magnis distat spacijs, ad quā etiā prope est fons, qui tumuli in speciem assurgit, & subinde mutat fluxum lapidescente nimirum statim aqua, quam effundit, & ideo sic excrescente ea parte, qua aliquandiu manarit, ut sese aliā in partē, quæ humilior est, effundere cogatur, quod quidē quasi circuitu quodam fit per omnem fontis oram.

Ad

Ad arcem Fileg, quæ inde in Boream euntibus occurrit, in Comitatu Neograd, ſpecus eſt, in quo ſuperne deſtillans aqua, continuo dureſcit. Ibi vero videas ceu ſtatuas hominem conſiſtere ſaxa ex hac deſtillatione concreta. Albus hic color eſt, nec per ſe tantum ſunt alba, ſed etiam coloris albicantis, uſum trita pictoribus præbent.

Quia vero in ſalis mentionem incidimus, etſi de ejus, qui cæditur, ortu diverſæ ſint ſententiæ, alijs nimirum eum cum ipſa conditione rerum ab initio extitiſſe, alijs poſtea natum eſſe affirmantibus: tamen ut vero propius ſit, ex humore aut ſucco ſalſo concretum eſſe, & adhuc concreſcere, ea potiſſimum ratione oſtēdi poſſe judico, quod in ipſis lapicidinis ſalis, ubi ſolidiſſimus fuit, inventa ſunt varia inſtrumenta ad humanos uſus facta. Quodam etiam in loco Tranſylvaniæ gallina incubans cum ipſis ovis incorrupta. Quin nunc quoque plerunque magna carbonum vis eruitur, cum ſale. In Deſienſi fodina, qua nulla eſt Tranſylvania altior, paucis ante annis exciſum eſt de medio ſale ingens robur trabi ſimile, tanta durities, ut ne ferro quidem facile cederet. Sed idem extra fodinam extractū ſic computruit intra quatuor dies, ut primis digitis concerpi & conteri poſſet. Idem ſolet carbonibus dum excidun-

exciduntur duriſſimis, ſimul atque ſub dium prolati fuerint, evenire. Hæc vero vulgus in illa confuſione rerum, quæ Noë temporibus in cataclyſmo fuit, ibi oppreſſa, aut alio quopiam caſu eo abrepta eſſe interpretatur.

Sed inter eos, qui cæteris diligentius, quaſique ex profeſſo de his latine ſcripſerunt, primas obtinet Plinius, qui non contentus aquarum, fontium, & fluminum miracula capite elegantiſſimo in ſecundo naturalis hiſtoriæ ſuę libro complecti, rurſus ijſdem aquis & aquatilibus deſcribendis etiam peculiarem dedit librum, qui ejuſdem operis eſt tricefimus primus. Secundum Plinium multa de his invenias prodita à Seneca in naturalium quæſtionum libris. Nec pauciora pene à Vitruvio de architectura libro octavo. Quædam etiam à Strabone, Pomponio Mela, Solino referuntur, ut alios prætercam recentiores. Sed omnium inſtar haberi poſſet unus Georgius Agricola, qui quæcunque ejuſmodi ſunt, vel in Græcis, Latiniſque ſcriptoribus à ſe lecta, vel domi foriſque obſervata, vel accurata indagatione comperta, non modo in illos, quos ſupra dixi, libros retulit, ſed etiam cauſas eorum quam ſcitiſſime ſtuduit explicare, quæ quam quotam quæſo hæc factura eſſent partem, ſi cætera quoque, quæ adhuc ignota latent proferren-

ferrentur? quia in re nesit profecto, socordiane magis an ingratitudo hominem accusanda veniat, qui dum ista pro neglectis habent, non satis externi illius architecti Dei potentiam & magnitudinem admirari, & ejus beneficia agnoscere videntur. Georgius VVernher. de Vngar. aquis.

NOn procul etiam ab urbe lapillus invenitur, de genere, ut videtur, Lyncuriorũ, similitudine nuclei Olearum plerumq; bifidus, sic coagmẽtatus, ut non difficulter in longum diducatur. Ex hac igitur defodiendi consuetudine clarum evadit, hallucinatos eos esse, qui arborum lacrymam Electrum crediderunt, cum revera bituminis lapidei genus sit, è terra perinde atque bitumen liquidum exsudans, & in lapidem deinde in ipsa arena coagulatum: cui accedit Lyncurium, etiam in colle sub urbano inveniri, duricie magis & figura quam natura diversum: quod cum ex arbore nulla fluat, sed in terra haud secus, atque alij lapides concrescat, indicio est, eodem modo succinum fieri, quamvis liquidum è terra matrice profluat, lentore suo secum quæ obvia sunt raptis, in mari deinde vel arena coagulandum.

Sed

Sed de his Agricola ſcriptor diligentiſſimus conſulendus, omnes veteres in foſſilium natura longiſſime excedens. Goropius Gotho Dania lib. 7.

ET tunc ex omnibus diſſiis congrantes, dicimus lapidem eſſe miſtũ non complexionatũ virtute mineralium, ad formã coagulatũ.

Videmus autem quod in ripis aquarũ perpetuarum, multi inveniuntur lapides, & cognoſcimus per hoc quia ripę quarundã aquarũ, ſunt loca generantia lapides. Differunt autem hujuſmodi ripæ, eo quod quædam velocius, quædam tardius, lapides producũt. In quibuſdam enim locis riparũ fluminis, quod dicitur Gion, lapides in ſpatio 33. annorũ generantur: ut teſtatur Avicenna, & quidam alij philoſophorũ. Non tamen omnis aqua lapidũ in ripis ſuis eſt generativa: quoniam aqua terræ corruptæ paludoſa potius corrumpit, quã generat lapides. Sicut videmus in quibuſdam partibus, in quibus licet loca aquoſa ſint, non tamen ut multum generant lapides. Amplius autẽ montes invenimus frequenter lapideos, ex quo cognoſcimus, quod in locis mõtuoſis eſt locus generationis lapidum, montes tamẽ aliquando ſine lapidibus invenimus, ſed illi,

ut frequenter nec magni sunt, nec alijs sociati montibus, sed solitarij inveniũtur: ita quod forte unus solus est, vel ut multum duo, vel tres.

Quotiescunque autem multi sibi montes associantur, tunc lapidei montes inveniũtur, & lapidei & montes multi etiam aliquando in terrà plana solidæ superficiei, nec hoc fieri posset ubique, & illa loca sunt lapidum generativa, Adhuc autem frequentissime in aquis generantur lapides, quod etiam dici non posset, nisi quia ille sit locus generationis lapidũ. Cujus signum est. quia sunt quædam aquæ ex quibus generantur lapides quando funduntur super rupas suas in quibus manent, & si super alium infundantur, non generantur lapides ex eis.

Expertum est enim in locis Pyrenæis esse loca quædam in quibus aquæ pluviales convertuntur in lapides, quæ si alibi fundantur, remanent aquæ non transmutatæ. Similiter autem ligna jactantia in quibusdam aquis & maribus, convertuntur in lapides, & retinent figuram lignorum. Et aliquando natæ plantæ in aquis, & maribus illis, ita sunt vicinæ lapidem naturis, quod ad modicam exsiccatæ in aere lapidum formam assumunt. Et hujus signum est lapis qui dicitur Corallus, qui absque dubio

dubio de lignis generatur, & plantis. Aliquando enim tempore nostro in mari danico juxta civitatem Lubecensem, inventus est ramus magnus arboris, in quo erat nidus aviũ, & aves parvæ in nido, & conversæ in lapides erant parvos in nido,

Et est ista virtus, locis ex tribus virtutibus congregata; quarum una est virtus motoris orbis moti. Secunda est virtus orbis moti cum omnibus partibus suis, & figuris partiũ, quæ resultat ex situ partium diversimode se respicientium, propter multimodam motorum velocitatem & tarditatem. Tertia autem est virtus Elementaris, quæ est, calidum, humidum, frigidum & siccum, vel cõmmistũ ex his. Est autem prima harum virtutum, ut forma dirigens & formans omne quod generantur, sicut virtus artis, ad materiam artificiati se habet. Et secunda est sicut operatio manus. Et tertia sicut operatio instrumenti, quod manu movetur, & dirigitur usqua ad finem inceptum ab artifice. Et ideo dicit Aristoteles, quod omne opus naturæ, est opus intelligentiæ: locus enim recipit has virtutes, sicut matrix recipit virtutem formativam embrionis. Hæc igitur virtus determinata, ad lapidem generationem in materia terrestri, vel aqua est: in qua conveniunt omnia loca in

quibus lapides generantur. Albert. Mag. de mineralibus.

SEd omni quaſi ex parte loca tenuia coctabilia potius reddunt. Cæli quoque conditio mutationem ejuſmodi afferre, nimirũ poſſet: argumentum: quod eædem ſegetes alias coctibilia: alias incoctibilia reddant. Faba apud Philipos cum ventilatur: ſi ab afflatu incola perfletur: ſi coctibilis eſt: fit incoctibilis. Hæc igitur multifariam rem iſtam poſſe fieri monſtrant: quandoquidem & ſegetum nonnullæ conterminæ inter ſe: ſitumq; ſimilem obtinentes; nec ullam telluris differẽtiam ſortientes, nõ pari modo fructificant: ſed hæc coctibilia: illa incoctibilia parit. Idq; agitur etiã ſulco tantum nonnuſquã ſegetes diſcernente. Fruitur potiſſimum terra triticũ, tum ordeũ. Quamobrem triticum terrã bonæ frugis expoſcit: ordeum vel in graciliori ſolo proficere ſatis poteſt. Cicer inter legumina maxime terra potitur; quanquã in ea minus temporis maneat. Faba (ut dictũ eſt) cum alias moleſta minime eſt: tum etiam tellurem raritatis ſuæ; ac putredinis cauſã ſtercorare putatur.

De ſeminibus vero quorundam eſt quamobrem coctilia, & incoctilia fiant: Vtrum ratione

tione agri, an aeris; an certæ affectionis: & omniane, an aliqua tam perdura effici possint. Fabis enim, ac lentibus id potissimum evenire videmus. Fit sæpe; ut & ager alias coctilia, alias & incoctilia ferat: tametsi eodem modo colatur, & ex continuis segetibus sulco tantummodo arcente altera incoctilia, altera coctilia profert, semina quoque alias ex incoctilibus coctilia prodeunt; alias contra ex coctilibus incoctilia, ut in exortu, germinatione, crassatione, copia, bonitateque nihil interfit, utrum coctilia sint; an incoctilia. Ergo de his, & si quid aliud possit huic quæstioni subjungi, primum illud dicẽdum: quod coctile, & incoctile ad fervefactionem resolutionemq;, atq; (ut summatim dixerim) ad nostri usus rationem dici solitum est. Quod n. resolvi facile possit, & coctura celeriter immutatur, id coctile est: contra quod resolvi immutariq; nequit, vel ægre mutatur hoc incoctile est. Tale autẽ sit utrunq; necesse est, si alterum rarum, molleque sit; alterũ densum, durumque. Sic enim alterum caliditatem, humiditatemque, quibus resolutio agitur, suscipere valeat, alterum nequeat: sed sua densitate duritateque indomitũ semper resistet. Cum igitur coctile & incoctile, ad hunc modũ distingui deceat, animadvertendum, quibus nam rationibus ca

ipſa eveniant. Simplex igitur, veraque ratio illa eſt, quam & inter primas diſputationes reddidimus, quod alimenti cauſa hæc omnia factitantur. id eſt, quantitate, qualitateque ejus; Sic enim alimentum cõmutare nimirum poſſit. Evenit namque, ut quę in locis calidis, ſtercoroſisque, tenuibus, ſolique expoſitis ſint, alimentum leve atque facile habeant: itaque fructum rarum, mollemque præſtant; hac enim de cauſa nonniſi coctilia fiunt in Lemno, quia hujuſmodi ſolum eſt: quippe omnino agrum ejuſmodi coctilem quidam appellant, atque in eo coctili fieri coctilia volunt ſunt: & quæ affert Ægyptus, coctilia ſoli, & aëris cauſa, calor enim coctilitati, atque omnino digeſtioni pernecеſſarius eſt. Quapropter quæ ſtercorantur, urienis ferme diebus autumant. Quæ igitur agro ferventi, leviq, proveniunt, his de cauſis coctilia ſunt: contra quæ terra frigida; ſpiſſa, lenta, & quaſi figulari, atque etiam prædenſa: madida: & paluſtri exurgunt, omnia hæc incoctilia propter copiam, vireſque alimenti: & denſa, duraque ſunt ex permiſtione terrenæ, atque frigidæ partis. Congelatio enim & condenſatio ex eiſdem, quibus induratio fieri ſolet. Theophraſtus Græcus fol. 120.

Omne

OMne autem durum, inquit Galenus, fit vel plenitudine & renitentia, vel concretione, vel ſiccitate, hisque vel ſolis vel inter ſe complicatis. Induruit ne vero iſte fœtus repletione, cum nihil in fœtu neque in ejus involucris turgeret largiori humore vel naturali, vel excrementitio, imo illa non eſſent omnia exſiccata & exarefacta? Concretionem accuſabimus, quam etiam cōgelationem appellat Galenus, qua metalla plurima in fodinarum penetralibus, ſaxa in lapicidinis, meteora in media aeris regione videmus congelari & concreſcere? Sed quid externa exempla hujus congelationis quærimus, cum domeſticum ſuppetat & nobis ſit pro foribus? Eſt enim in noſtra vicinia prope oppiduli Veronęi mœnia fons perennis ſcaturiginis, aſpectu jucundiſſimus, lympha limpidiſſima, colore quidem & odore inſipida, ſed ſapore non ita commendabili, incolis tamen non ingrata. Erumpit autem ex altiſſimis ſubterraneis cuniculis, labroque, vel potius cratere excipitur ita affabre in orbem circumducto, ut neſcias illamne peripherian natura dederit, an vero ars Euclidis exquiſitiſſimum iſtū circulum elaboraverit. Sic autē ad labri mar-

gines exundat aqua, ut ſtatim & breviſſimo aquæ ductu decurrat in rota quæ molam frumentariam circumagit, indeque cum glarea, quam currente alveo ſecum abradit, guttatim in ſubſtratum lutum & proximam uſneam decidit, quæ omnia ſua frigiditate ita ſubigit, fermentat, & cogit, ut tandem in lapides induret, leves quidem illos & foraminulentos, quorumque unam aliquando partem videas jam petrefactam, alteram vero adhuc agnoſcas muſco herbaceo virentem & cœnoſam, quæ tantum lapideſcere incipiat. Coguntur vero illi lapides tanto aggere, ut niſi ex intervallis molitor eos ferreo malleolo conterat, & ſubtrahat, impedimento ſint ipſi molitrinæ quo minus libere circunvolvatur. Iſta obiter dicta ſint de lithiaſi, quæ ex aquæ iſtius frigiditate & fortaſſe nativo ſolo procreari videtur. Non enim omnis cauſa quæ corpori advenit, inquit Avicennas, in ipſum operatur, ſed ad id requiritur & agentis fortitudo & diſpoſitio patientis. Hic igitur præter communem conſuetudinem (cum natura hominis corpus molle & tenerum finerit, ut quod ad functiones animæ magis aptum eſſe quam ſi induruiſſet) latuiſſe dicemus aliqua hujuſce indurationis ſeminaria, ut orta reſpondeant ſuis principijs, & inſitam quandam vim peculia-

culiarem & abditam, quę ab externis illis causis excitata tandem in lucem emerserit, ut singulorum & quæ fiunt internæ quædam effectrix causa evistit. Physici enim rerum omnium formas, excepta illa principe, quæ divinioris est originis, ex materia educi putant. Item & Spagirici qui eas profitentur esse autophys, neque extrinsecus accedere, sed delitescere in ipsis seminibus, quæ, ut sua arcana tegunt quibusdam verborum involucris, suis matricibus consenranea esse oportet. Quod si demta illa ratiocinatrice, formæ quæ dant esse rei (ut Logici dicunt) educuntur à primarum qualitatum temperamento, illa etiam erunt ab eadem scaturigine quę necessario primam illam temperaturam sequuntur, inter quæ non solum odores, sapores & colores reponunt Medici, sed etiam mollitiem & duritiem. Proinde præter externas caloris frigoris & siccitatis causas & adventitias (quamvis varia sentiant & Philosophi & Chymistæ de lapidum & fossilium & efficientibus & materialib. causis) alij succum, alij lixiviũ, alij sal, alij aquam congelativam, non solum ut materiam indurationis, sed etiam ut quodammodo effectricem, & in ipsis indurãtibus insitam fixamque delitescere proferunt. Sic Corallium, cui proprium est veluti quarto modo (ut

ſcholæ loquuntur (aeri expoſitum lapideſcere, ideoque lithodendron Græcis appellari, (cum mollis fuerit liquidis prius herba ſub undis)non quidem ſolum ab ambientis frigore induratur, ſed quod abſconditam habeat in ſe ſuæ duritiei energiam, quæ à circumſtante aere affecta illam produxerit. Præterea, matre ab illis cauſis colliquata nihil fœtui deceſſit de pleno corporis habitu, quem alioqui abſumi & concidere neceſſe fuiſſet, ſi eaſdem cauſas fœtus ſubſtinuiſſet, humore tum fluente, tum implantato vi caloris extranei abſumto.

Molas quidem in ſuis finibus ſæpe concreſcere, & geſtantibus conſeneſcere, in molis commori certum eſt, ut multa ſcirrhoſa, tophacea & lapidea in nobis generantur, aluntur, & augentur, cum excrementitia ſint corpora, imperfecta & ſola vivant anima vegetabili, ut etiã in externis rebus ligna lapideſcere videmus, eorumque cortices & plantas ipſas: ſed quæ perfecta ſunt animalia, cum primordia ſuæ generationis habeant potiſſima, eorum extincto innato calore, humiditatem putreſcere oportet, ut interitus proxima eſt via ad putredinem, concurrentibus præcipue alijs putrilaginis cauſis, ut dictum eſt antea. Quod autem recenſent nonnulli ex aliorum fide, & hominis pedem & caput, imo & totum corpus

corpus viſa fuiſſe indurata,id multum abeſt ab eo de quo hic agitur,cum de induratione fœtus in ſpirantis utero diſſeratur;illa vero aſſervata eſſe dicant,conditura & concretione cadaverum in ſale quodam terræ, ut inquiunt, vegetativo,quo omnia ferunt de albari, indureſcere & coaleſcere.Iſtam pugnantium argumentorum litem, quæ vires eundo magis ac magis acquireret,dirimat æquus arbiter. Ego vero, novorum Academicorum more, detinam in epochin ſuſpenſamque ſententiam,ut canant cycni, ſicut eſt in proverbio, tacentibus graculis, excitatenturque docta ingenia ad ſcrutanda ſummi opificis naturæque miracula & ad eruendas eorum cauſas ex Philoſophorum theſauris,in eo præcipue ſpectaculo, in quo,à primo ortu, neq; in ſimilarium partium temperie, neque in inſtrumentalium figura,numero,ſitu aut cõnexione natura peccaverit : ideoque nihil hic ſit monſtrificum, cum nullam habeat iſtud aorpus deformitatẽ notabilem,toti ſuæ ſpeciei extraneam, quam à prima origine ſortitum ſit. Plinio autem ſi mirum fuit quoſdam cõcretis oſſibus extitiſſe & ſine medullis, quod portentum iſtud fuerit fœtum extractum, imputrem in ſuo veluti ergaſtulo lapidefactum, tot menſibus & annis à matre circumgeſtatum fuiſſe? Ex Mauricio Cordæo in Hipp.de muliebr.

Legu-

HVjus generis eſt pumex, & ſimiles illi lapides, apud Ariſtotelē 2. de Plant. pumex qnidem ex ſpumæ maris denſitate cavernoſus concretus, unde & nomen habere videtur, naturamq; ſortitus eſt frigidam ut in vas fervens miſſus fervorem demoliatur, Iſidorus lib. 16. cap. 3. His accedunt quæ refert & Dionyſ. Alexan. lib. de ſitu orbis, in anguſtiſſimo Boſphori maris, illud admirabile conſpici, quaſdā petras per medios fluctus errare, atque intra ſe cum murmure conjungi copularive. Quanquam aliquando & pumex ſpongioſus, latebroſus, ſeu fiſtuloſus, etiam evomatur exuſtus lapis, ex profundiſſimis cavernis ardentibus, veluti in Æthna & monte Veſevo, de quo late Gal. lib. 9. de ſimp. med. fac. Vitru. lib. 2. cap. 6. Theoph. lib. 9. de hiſt. plantarum. Plin. lib. 36. c. 21. Quo autem naturę ordine, in aquis generentur lapides, docet Ariſtoteles ubi ſupra ſecundo de plantis in aqua maris, & forti undarum colliſione, fieri primū ſpumam, quæ mox coaguletur in modum lactis non valde ab unctuoſo diſſimilis, quam demum congregant arenæ colliſæ, & deſiccat maris ſiccitas cum multa ſalſedine: parteſque arenæ coguntur, & tempore procedente lapides fiunt. Idipſum ſentit & Plato in Timæo. Veruntamen obſer-

obſervandum eſt, non omnes terras poſſe in lapides converti, veluti arenam ſolam, quæ uſque adeo arida eſt, id eſt, ſiccca & frigida, ut non poſſit in lapidem & lutum tranſire: lapidabiles autem ſunt terræ unctuoſæ, tenaces, & glutinoſæ, ut argilla & ſimiles. Iſidorus lib.16. etymolog. capitulo 1. & 4. Porro lapides qui perſpicui non ſunt, fiunt ex terra craſſiore, quorum ſubſtantia ex humido tenaci perfuſa. Pellucidi autem ex aqua potiſſimum cōſiſtunt, cui ſubtilis terrea nec obſcura materia es permixta eſt, ut in cryſtallo. Et quia materia lapidum & lapillorum, interdum inveniuntur in aliquibus partibns animalium, & tunc quoque & in illis lapides generantur, ut in piſcibus, & quibus eſt magnum caput, ut in coracino, capitone, umbria, perca, rana, ſolea, bugloſſo, quia habent caput frigidum utpote magnum, & conſequenter cogunt humorem, diverſa tamen ratione quā in alijs animalib. generentur: nā in avib quadrupedibus, & hominibus ob calorē in renib. generantur. Quamobrē lapilli piſciū, omnes candidi, molles, ſplēdidi: aqueum n. omne candidum aeri immixtū, candidum reddit ac ſplēdidum nivis in modū, quod tamen nō dureſcit, quia non attenuatur, deficiente calore, teſte Card. lib.7. de rerum variet. c.37. In veſica lupi inven-

inventum ſyritem lapillum tradit Plinius lib. 11.cap 37.

Creſcunt etiam & inveniuntur in corde bubulo & cervino. Congelantur & in lapides quædam, vi ſalis, & cum calore, & alio modo, ut in mineralibus apparebit, ut in alumine. ſale harmoniaco, &c. generatur & in aere lapis, vi ignis, ut diximus in meteoris. In lithoſpermo quoque herba, quam aliqui ægônychon, alij dioſpyron vocant, lapilli naſcuntur in cacuminibus candore & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea: & qua parte pediculis adhærent, cavernulas habent, intusq; ſemen, de quo multa Plinius libro vigeſimo ſeptimo capitulo undecimo. Et in arboribus, in corpore, vel ramis, ante receptos inventos lapides tradit idem Phinius libro decimo ſexto, capitulo trigeſimo nono. Petr. Gregorius Synt. mirab.

ANno 1348. ex terræ motu, 50. amplius homines ruſticos, item mulgentes cum vaccis extinctos diriguiſſe & corpora à ſpiritu terreno, in Salarias ſtatuas redactos apud Charinos: hæcque ſimulachra ſibi & Cancellario Auſtriaco conſpecta eſſe, quo tempore. Conradus de Meidenburgo, Inſignis Philoſophus & Ma-

& Mathematicis floruit. Ex Bavarica historia lib.7. Anualium Avent.

LEgumina Græci teramna dicunt, quæ coctilia sunt: & affectum contrarium nomine privante, scilicet ateramna vel ateramona, & cerasbola, non sine rusticæ superstitionis suspicione. Quę jacta, bovis aratoris cornua si forte contigerint, nō domari elixatione, quasi, apo ton ceraton, ceratina facta sint. Ergo prius an vera dixerint quęrendum, quam caussæ fuerint investigandæ. In Vlyssææ 22. transtulit ad animi duritiam Poëta. Fluvia, ut prisci loquebantur, aqua melius coqui legumina, quia subeat: subtilior enim est, quam deses. Quando [...]usam cursu dixit exercita flumina divinus Maro. Adhæc plus insoluta est, quam puteana, aut alia quæpiam subteranea. Ac quanquam crassior videtur: id evenit ei propter admistas terræ particulas: multas alioqui continet portiunculas illas minutiores, atque tenuiores, quę in meatus ingressę ignis vi, vim ipsam secum simul intulerūt: quo calore, qua humectatione confit causa teneritudinis.

Negat animantium partes adeo compactas esse atque lapidum partes aut metallorum. Consultius fecisset si moderatius loqueretur.

Etenim leonum, ossa longe dẽsior sunt quam lapides aliquot. Quid firmius xiphiæ spatha piscis? id adeo ut eo tonsoriam cotem, sectam audiverim. Quid pumice rarius? Dicet discoctum lapidem. At alij sunt lapides non excocti, quemadmodum tofi fluviales. Quam vero affert rationem, quã ridicula est, ne dicam futilis? Propterea quod, inquit, nihil effluit è lapidibus aut metallis. Ex animalibus effluunt excrementa, cum alia tum sudor. Sic enim concludes; sudoris esse plenos lapides & metalla. Sane vero bellulam Chrysippeam ceratinen. Nam & hominis corium sit durissimum: quando nõ prodeunt inde cornua. Ratio in lapidibus est: quia non aluntur intus juxta intrinsecam nutritionem, sed per appositionem. Nam qui sudor in sta[illegible] aliquando fit: neque olim fuit, ut illi misere & nimis olim metuebant: neq; unquam ab internis partibus erupit, sed aer calidior, aeris marmorisve frigore coactus, quemadmodum: solet in parietibus balneornm. Fallaciolæ vero vanitatẽ possimus exemplo pumicis animadvertere, à quo, licet rarissimo, nihil exit.

Et manifestum est post primordia generationis multas subire partes ab alimento: cujus mediocritas partim crassorum, partim tenuiũ materia futura sit.

Sic

Sic è ſucco qui fuerat panis, fiant & ſpiritus tenuiſſimi rariſſimiq;, & oſſa craſſiſſima denſiſſimaque. Atque inter hæc extrema, alia media pari proportione, caro, parenchymata, adenes, venæ, chartilagines, atque ejuſmodi. Tantundem igitur operæ ponatur in ſolvendo craſſum ad raritatem, & cogendo rarum ad craſſitudinem. Iul. Cæſar Scaliger Exercit.

VT autem Alboſius ille amantiſſimus veritatis uſq; adhuc habitus eſt, adjecit nudam hanc hiſtoriam, nullus omnino coloribus fucatam, attamen veriſſimam hujus pædij anatomen. Quanquam is etiam adhibuerit ad potiorem fidem fidos teſtes & oculatos Ioannes Perigois, Simonem Provancherium & Ioannem Ruſſeletum, omnes Medicos coæquales & collegas ſuos: Itemque Claudium Nigrum & Ioannem Cottias, non illiberales Chirurgos, ſed illuſtres eos omnes, qui iſtud monſtrum & prodigium eduxerunt manu ſua. Quibus & opem tulit Stephanus Bovvier pharmacopœus. Viſum eſt quoque Alboſio huic doctori perdocto inquirendũ tandem obiter in calce hujus hiſtoriæ veluti per aporema Pyrrhonis illius ſceptici exemplo, in tantę duritiei cauſas; ut cum lectore, ait ille,

ludere liceat, non contendere; quum ſæpe veriſimile à vero abſit longiſſime: utque eo veluti præludio doctiores provocentur ad acriora certamina, quibus hujuſce metamorphoſeos in tenello naturæ corpore, ratio phyſica quæcunque fuerit (quum in eo θεῖόν τι illucere is etiam putet) melius innoteſcat. Atque ſuam hanc opellam, ſi non prodeſſe lectori, ſaltem placere ſtuduit ex animo, & æqui bonique conſulere unumquemq; optavit quam maxime.

Mulier Senonēſis nomine Columba Chatry quæ Ludovico Carità homuncioni (quadrato tamen & bene habito) ex vulgari plebe & ſartori veſtiario nupſerat ab annis 48. fracta ætate & valetudine hic occubuit 16. Menſis Maij, annum ætatis agens 68. Hæc ante annos viginti octo, quæ nunquam antea uterum geſtaret, licet jampridem nupſiſſet (nihil de ſanitate prius admodum cōqueſta) certiſſima habuit inchoati hominis indicia.

Illamque ferunt viciniæ inter ſuos ſales ſæpe dictitaſſe (ut erat genio ſatis lepido) ſe fœtum utero gerere qui tandē parenti foret exitio & internecioni, quanquam cum ſerio loqueretur, maleficium acceptum potius accuſaret. Poſtquam autem fato eſſet functa, ejus vir officioſus in uxoris manes (quam tandiu & tanto-

tantopere excruciatam viderat) accersivit unũ atque alterum ex nostris Chirurgis ambos valentes arte & artis usu, quibus (licet de scirrhoso tantũ tumore cogitarent) dissecto mulieris abdomine, & rejecto infra peritonæo, uterus sese offert aspectu quidem rugosus & versicolor, ut crista illa pendula quæ gallis Indicis ex summo capite prolabitur, vel potius ut operimentum illud cutaneum quod illorũ collum ambit. Tactu autem durus testaceus & crassus instar ton ostracodermon. Tum novaculam in portentosam illam molem & gypseam inijciunt, qua ad aciẽ cultelli renitente, scalprum altius adigunt. Eorum autem alter inflicto casu in cranium vulnere & aliquot costas tandem humerũ dextrum impetit, à quo erumpens ossis caput certissimam fecit fidem ossium illic latitantium. Ex quo scalpellũ alio transferunt, & magna vi, sensim tamen, & recta, uterum secant, diductisque durissimis vulneris labris, infantem in orbem implicitum & ex transverso in utero positum introspiciut in penitissimo sinu & altissimis latebris stabulantem, in suamque veluti cystin, quam allantoidem tunicam fuisse puto, callosissimam reconditum. Quo spectaculo inexpectato obstupefacti Medicos convocant, quos in re inaudita consulant, adhibeantque in testimo-

nium & judicium rei hujus, quæ pene fidem omnē ſuperet. Interea multis ad novum prodigium accurrentibus, & opus Chirurgorum interturbantibus, venit ipſis in mentem totā iſtam molem ex illo veluti antro & manibus & uncis Chirurgicis, qua valerent vi abſtrahere, ut arborem ex ſuo caudice, domumque comportare, ut privatim & apud ſe accuratius corpuſculi anatomen ſectarentur & cum peritis de portento novo & inaudito conſilia conferrent. In præcipiti autem & violenta illa laniena nō licuit opus feſtinantibus introſpicere quod ſubſtratū eſſet infantulo chorion, quæ uteri acetabula, qualia umbilici vaſa, quis eſſet allantoiddis cum utero & cum fœtu nexus, cum uterus ipſe, præcipue ad coxam dextram, ad nates, & ad partem ſpinæ dorſi cum cute infantuli omnino coaluiſſet. Situs infantis erat pene ſphæricus, facie ad thoracem affixa, ſublatis ad nares genibus, unde poſtea eæ patulæ retuſæ & reſimæ conſpectæ ſunt. Oſſa capitis tenuia quidem, ſed firma & inſtar cornu nitentia, cute capitis multis in locis piloſa, caput in ſiniſtrum brachium ita procumbebat ut à protuberante humero auris & os occipitis impellerentur, quod incavatum ea parte introceſſiſſe conſpiceretur. Cubitus ad ſummum humerum reflectebatur, porrecta ſola manu, quę in pugnum adeo firmiter erat con-

racta, & summi digiti ita palmæ hærebant, ut licet apparerent seriatim inter se distincti, reipsa tamea in unum idemque vere lapideum corpus concrevissent. Dextrum autem brachium ad umbilicum manum extēdebat, quæ ad carpum inadvertenter excisa fuit, & in alvo matris relicta. Femur, genu, tibia sinistra dextris incumbebant, quibus tamen erant ita implicita ut talus sinister pedisque planta in dextrum pedion implantarentur, quibus excavatum cederet, & pene indissolubili nexu colligaretur. Vtrumque crus in ventrem & pectus reflectebatur, certissimamque fœminei sexus notulam tegebat. Tibia utraque ad nates intorquebatur, pedibus & pedum digitis ita inter se compactis & lapidefactis, ut facto ex oculis & tactu judicio, totum istud opus Phidię alicujus esse dixisses qui vel ebore, vel ex marmore maturæ ætatis embryij absolutissimam iconem expressisset, maxime cum in ea duritie corpusculi moles nō concidisset, imo cum cute nitida integram suam & symmetrian & polysarcian retinuisset. Partes autem internę, viscera nempe omnia, cor & cerebrū habebāt natureliter, eo demto, quod ultra modum Induruerant (minus tamen quam externæ) ita ut hodie exertū istud corpusculū neq; putredinē minetur neq; teredinē. Ex Mauricio Cordæo in Hipp. de muliebr.

 Iam

Iam si nec calori nec frigori efficere & coagulare metalla damus masculis qualitatibus, multo minus illis effœminatis humido & sicco. Sed & Paracelsus occurrit libro Paragrani capit. de Philosophia, qui, ut semper, Quercetano infestus, ait: Mercurius & sulphur metallorum sunt principia. Sal coagulat. Et ne ego hæc aliud agens dicere videar, audi Arist. referente. Fernel. lib. 2. abdit. causs. cap. 1. Is enim philosophos insectatus, qui corporũ naturalium facultates atque vires ex calore & frigore deducebant, rati ex his & per hæc omnia confici, planum facit demonstratione, eas qualitates instrumenta duntaxat esse causę cujusdam præstantioris atq; superioris, quam & naturæ nomine insignivit. Nam qui has dicet, primum & per se agere perinde faciet ac si serræ, aut cuivis instrumento efficiendi causam potestatemque tribuat: & perfectione formaque rei exterminata, veram amittet causam, instrumentis actiones feret acceptas, quæ per se tamen ociosa maneret, nisi formæ vi cierentur. Sed dum lib. de fœtus conformatione. Galenus in quæstionem adducit an Deus, an forma fœtum absolverit, ait: Oratio de anima ea quæ particulas conformarit, & incerta

incerta omnino,minimeque demonstrari potest: At certe ea manifeste mihi indicare videtur artificis qui nos condidit artificium. Et concludens summam,ait: In fœtuum conformatione, & sapientiam & potentiam video, neque possum existimare, eam quæ in fœtu est animam quidem,sed naturam appellatam, fœtum ipsum conformare, vel quæ non modo sapiens non sit,sed omui prorsus ratione careat.His profecto statuit Gal. fœtum non à semine non ab ulla rationis experte facultate, sed sapientissima quadam & potentissima vi extrinsecus appellente effingi. Et lib.1. de semine,ait: Si non alijs viribus natura seminis plantam efficiat,alijs animal,eandem in utrisque rationem invenies: ita de reliqua mundi suppellectile metallis & lapidibus censendū. Et 2. de temper. ait: Minus recte mihi facere videntur,qui solis qualitatibus formandarum partium causam assignantt consentaneum enim est qualitates organa esse, formatorem vero alium.

Statuamus igitur esse primum agens, qui ex materia convenienti suis in loculis certis distributa eliciat certam,& huic vel illi materiei convenientem formam: formam autem jam eductam, insita sibi vi corpus metalli absolvere & perficere opera ancillantium sibi &

facultatum &qualitatum, quæ ipsæ per se sunt causæ nec proximæ, nec remotæ coalitionis metallorum: nisi vis dicere malleum & securim esse causas vel proximas vel remotiores, quod statuarius eis utatur ad statuā delineādā.

Huic menti, ne ego cum Chymicis temerarius innovator videar, dat manum Bellonius lib.1.cap.52.memorab ait enim: Aurū coquitur solius naturæ beneficio, non elementorū, nō maris, venti, aut alius cujusvis opificis, qui illius coctionē non retardat, nō accelerat. Fatebuntur puto Chymici primum agens esse principē & universalem opificē, sed in natura secunda quęrent à me formatricem causam. E quidē sane eam jam dedi in disputatione materiei metallorum, dixiq;, esse qualitatem, facultatem, seu vim seminalem in materia tum forma dilitescentem. Hanc ego jam interprętor nihil aliud esse, quam primi motoris efficatem potestatem, operantem vim, & nervosam actionem impressam, & rei efformandæ insidentem, quæ quia vacat nomine ad varios scopulos allidit medicos, dum suam formatricem in embryone quærunt causam, & jam philosophos in re metallica. Sed ne philosophi, medici physici, aut Chymici salebris tempestatum præterea abrepti navem impingant, do ego formatrici causæ, seu spiritui mechanico,

chanico, ſeu opifici ut Paracelſus vocat lib.3. param.c.1.nomen non ineptum, ſed ſalubre, non quod unius generationi conveniat,ſed omnium quæ ſunt,non quod parce. Sed plene enunciet rem totam,& ſignifican ter, vocoq; Elpheſteriam, cum pluſquam infantia ſit fateri,rebus quibuſque divinitus quidpiam eſſe datum neq; tamen id divino nomine dignari. Habet Elpheſteria noſtra diverſa inſtruméta, &inferiores cauſas vel ſuccéturiatas,quas ſibi in opus adjungit. In ſtirpium generatione,ſi quid Ariſt.cenſet,utitur ſpiritu ac internűcio: Ineſt.n. quiddam ſtirpibus,cordis loco,idque media inter radicem &caudicem ſede,è cujus velut ſcatebris ſpiritus naturalis fuſus in univerſam derivatur ſtirpem,è cujus interventu, una toti ſtirpi anima inſidet.In animantib.utitur Elpheſteria noſtra paranymphis, ſpiritu p totum fuſo,cui ſalutaris ineſt, & vitialis calor illius ſedes ſit cor,aut hepar ut voles,hoc vinculo,ſi eſt à veteribus recte demonſtratű,anima vi corpore retinetur, ſingularumq; partiű utitur formis, veluti gradibus, quibus ad ſupremã illam totius formã promoveatur. His illęſis initum conjugium formę cum ſubjecto feliciter indivulſum permanet: at læſis,aut vi expulſis,neceſſe eſt vel divortiű ſtatim conſequi, vel interim certe & otioſam formam in ſubjecto relinqui. Demq;

Deniquc; in metallo cum & lapidum coagulatione habet pedissequas suas, Elphesteria nostra, calorẹm & frigus locorum & matricum diversarum, pro regionis & terrę diversitate innatas aut acquisitas proprietates, etiã aquæ fodinas percurrentis variã temperiem, & actionem, ut aut celerius aut tarditus lavat, mundat concinnat. Et hæc de causis metallorum & symphysis modo dicta sufficiant.

Sic homo, perfectissimum licet animal, & in cujus usus hæc quæ formavit omnia destinuvit natura, sordibus cinctus auras ingreditur, nec unquam cariem materiæ omnem deponit, nisi ubi libera forma vindicarit se tutã & synceram ex ergastuli corporei sedimentis, ut secum habitet. Sic elementa sagax natura temere pene confusa nobis offert, ut videtur, animalium vitæ consulens: sic cætera ex elementis conflata animalia suorum principiorum retrimenta ubi vis gentium sapiunt: sic vegetabilibus est fæx: sic metallis propria: sic res aliqua (Theophrastus de caus. morb. Tractat. 4. & 5.) ad summum destillata, volatilis fit, ut reputetur esse absque corpore semper tamen corporalis est, & excremẽtum suum tartareum habet: sic vinum ardens quantumvis subtile sit, purissime distillatum, & circulatum subtilissime, attamen tartarum in se continet.

Vidi

Vidi & videri eſt in cavernis montium petroſis, & antris littoralibus, obviam aquam pellucidam, tenuem limpidiſſimam, ſtatim atque per canalem pervij ſaxi evaſerit, dureſcere, & concreſcere in lapidem, atque terram, ex alto cadens gutta attigerit. Sic Plinius refert cryſtallum ex concretione ſolius aquæ generari: ſic marmor fieri audivimus etiam in Scotorum Sutherlandia.

Sic videre eſt lapides, ſeu tegulas in Moravia Scotiæ, quæ igne querno diſſolvantur in liquorem, ſic Geber ubi ſuam in ſumma, de concretione metallorum ſententiam profert, aquæ primas partes tribuit, & frigori: ſic modo Titelmannus dixit omnia metalla, potentia eſſe aquam, quoniam in eandem evadant. Quis hic mihi jam in metallorum ortu vapores craſſos, viſcoſum limum, & coagulum ſulphureum obijciet? quis accidere in rerum natura non poſſe, ut ab uno extremo, contrarioque in alterum ſine medio fiat tranſitus? cum aqua limpida, tranſcolata, nullius, ut oculi docent, tactus diſcernit, pondus manifeſtat, viſcoſitatis & craſſitiei ſibi conſcia in ſaxũ concreſcere poteſt, etiam igne liqualile, ac ego in Scotia maritima ad Boream, Gallia Occitanica, apud Sevenos, & alibi vidi, doceant me metallici quorſum, quæ fuit ſaxeæ concretionis materia

materia,non posset eadē, aut similis in metallum abire,habita tantum locorum differētia, quod cum illa liquidū est,& potentia, ut dixi, est aqua aut mecum fateantur aquam nullius viscositatis,pinguedinis,& limi terrei participem sola qualitate interna laborātem, metallorum & fossilium esse proximā causam materialē,cujus palato neq; arridet Agricol.Scalig.& Scheggio aqua limosa: Alberti humor pinguis,neque Chimicorum hydrargyrum & sulphur,cum ea qualitatis internę in aqua,seu facultatis inexistentis, ac voles dicito, potentior sit vis ad concretionem (quam vim seminalem in materia delitescentem vocat Titelman.& de qua in opifice causa metallorū nos plura) quam viscositatis, aut terræ aqua mixæ ad coagulandum. Hoc videre est in medicamentorum operante vi,in stypticitate fructuum,si ad alia comparentur. Et si nō tantum in istis,sed alijs quibuslibet hoc usu veniat,ut forma seu vis seminalis potentius operetur,dum ad vivum suā exprimat vim, quid vetat credere,etiam aquam vi qualitatis impellentis Abreptā abire posse in metallum,in lapides. Exempla sunt apud authores plura, aquas fontiū desinere in concretum quid. Et quam adhuc mireris aquę qualitatem,narrat Plin.lib.2.nat. hist.de ciconum flumine,&in piceno lacu rn-

lino,

lino, eas aquas qualitate sua pene rerum naturam transformare. Si innata qualitas aquę, pene trans elementare potest rerum naturam, hoc potest, ut & ipsa aqua in metallũ concrescat. Nec mihi Scheggius vel arridet Arist. vendicans ab injuria ut fatetur, magistrũ, ponderosum & crassum intelligere halitum ex quo fiant metalla: quin potius, si sane intelligantur, priores magni viri mecum sentient. Arist. ponit halitũ humidum, qui vi caloris ex aqua elicitur, qui est, & erit aqua, tandẽ metallum. Nam omnis vapor in aquam desinat necesse est: hoc ad oculũ offert aqua bulliens, & herbarum sublimationes. Addit Agricola Aristoteli humidum illum halitum ab alijs affici elementis: quid quæso, hoc est, aliud, quam dicere materiam proximam metallorum esse aquã qualitate impressa laborentem, quæ coagulandi potestatem habeat? dixit ab alijs elemẽtis affici, & recte. Non est enim Invenire purum putumq; elemenrum, nosque: ponimus metallis talem aquã, qualem mundus habet, & natura eam voluit esse, id est, contage aliorum l,borantem. Sed affici & perpeti nihil aliud est, si quid ego sentio quã vim extraneam advenientis subire potestatis. Thomas Moresinus Scotus, de causs. metallorum.

In me-

IN metallis Lydię circa Pergamű quæ quondam extruxerat Crœsus, accidit, ut cum bello orto opifices in ea confugissent obstructo ab hostibus exitu, suffocati sint, verum longo post temporum intervallo, apertis rursum repurgatisque metallis, inventæ sunt amphoræ, aliaque id genus vasa quæ ad mannarios usus adhibuerant, repleta humore quodam & in lapides indurata, & juxta etiam ossa humana. Et mox.

Lacus Ascanij aqua ferunt adeo nitrosas esse, ut vestibus in eum demersis & intinctis, alia lotione nulla' sit opus, diffluere vero & corrumpi attritione, si quis paulo diutius in eo impositas permiserit irrigari. Et paulo supra. Fertur autem peculiaris quædam generatio esse ferri chalybici Mysinique ut quod ex sabulo fluviorum comportatum, alij simpliciter lotum in fornace excoqui, alij illam etiam ex lotura frequentiore subsidẽtem hypostasin injici simulque igni purgari tradunt, adjecto pyrimacho lapide qui isthic plurimus reperitur. Hoc genus ferri alijs est multo nitidius & argento fere simile & solum nuper mixtum; at in copia non habetur. Mox de ære apud Indos, quod adeo syncerű & purum

ut

ut calore & ſpecie ab auro vix diſcernas. Et Darij pocula & cadi quidam adſunt quos tamen fœtor prodit,&c.Ita Stannum Celticum multo citius quam plumbum liquefit & in aquis etiam ſolvitur. Et colore inficit quæcunque attingit. Et poſt duas chartas fere. Porro circa Cumam fluvium eſſe (circa oram Italiæ) inquiunt (Ceres ab ipſis appellatur) in quem jacta quæcumque fuerint enaſcantur ac poſtremo in lapidem indureſcant.Et poſt aliqua. In ſcotuſis Theſſaliæ, fonticulum eſſe ajunt, unde aqua diffluens,vulnera,cõvulſioneſque, apoſpaſmata cum hominum tum jumentorũ ſanat, lignaque injecta ſi fiſſa,non etiam confracta fuerint, conglutinat, & conjungit. Et ſupra de oſteolitho Beinwall/ confert herniofis,contuſis,fracturis. Idem de fonte oleũ fluente ut hauriri queat, odore cedrino juxta quam petra nata juſtæ magnitudinis. Et iterum poſt aliqua. In Illyrijs qui Aridiæi vocantur, juxta Aritoritarum confinia, montem magnum & in propinquo vallem eſſe inquiunt,unde aqua proſilit copioſa non equidem omni tempore, ſed vere tantum, quam inter diu vaſi infuſam ſervant, noctu ſub dio conſtituunt,quod dum ita fit, ſex diebus ultimo congelatur, & ſal præſtantiſſimum efficitur,quæ res pecoribus conducit & incolis qui

à mari longius habitant, à commercijs alieniores. Porro pecora interirent nisi ad minus bis in anno hoc sale reficiantur, vulgo lacka. Ex Arist. lib. de mirablib. Auscultationib. de quo vide inter alios Patritij F. censuram.

DE Ammonis cornu & generibus fol 31. De tophis baldensibus in fistulis, in tubis aquæductuũ, ut Beichlingi ex eo fonte qui in arcem derivatus est, tophis solidioribus instar botri in superficie, coloris spadicei, durissimi ex scaturigine thermarũ Carolinarum in quibus folia quercus & alni impressa, in calidarũ canalibus striarum figura pendent & iterum lignis, stramini & cuivis rei injectæ adnascuntur, globulis item, pisis, thermarũ Carolmarũ, Steinerbs & coriandro, item similib. Vide fol. 37.18. Elatice ex abjete; dryite ex quercu; phegite ex fago; clethrite ux alno Thänne/ Eich/ Buche/ Erleholtz in Stein verwandelt. Vide fol. 39. Ioan. Kemptman. de fossilib. 56. Rami folia, cortices, ligna, carbones, ossa, con chæ quæ in saxa corporata sunt, succo lapidescente in fonte non procul à Francofurto ad Viadrum. Iterum rami, folia, cortices, ligna, manicæ, chirothecæ & alia immissa piscinæ prope Schellebergum arcem in Misnia in saxa

corporantur, Trabes molares mutatæ in ſaxa quæ prope Torgam in Albi repertæ ſunt. ebenus ſubterraneis cum melanteria. lignum faginum in ſaxum tranſplãtatum cujus dimidia pars adhuc lignum fol. 56. De arena, ſabulo, fol. 57. & differentijs. De ſalis nativi, factitij generibus & differ. fol. 7. & 10. Ioan. Kemptman.

ANno 1593. rumor ſparſus eſt in vulgus de puero quodam ſeptennali in Sileſia, cui pro more dentes aliquot ſua ſponte exciderũt, alijque in locum horum nati ſunt, & inter eos quidem unus repertns eſt aureus plane, & filius is cujuſdam molitoris fuit, cui poſt obitum parentis, annis inſequentibus circa 7. ſcilicet (qui criticus eſſe ſolet) dens molaris, aureus in maxilla inferiori ſiniſtri lateris, penultimus in ordine quaſi ſuccrevit. Quæ res à nobili illius loci Friderico à Gehlhorn, inter alios ad Iacobum Horſchtium ordinariũ Profeſſorem delata fuit, qui in præſentia multorũm optimatum, multis notis probatus fuit & deprehenſus verus dens aureus, etiam per affrictum coticulæ. Hiſtoria ſeorſim excuſa proſtat Francofurti, &c.

HVjus generis eſt bronchocele, noſtris hernia gutturis appellata, inter aſperam arteriam cutemque congeſta: non ut plerisq; viſum eſt, ex immodicis clamorib. aut ex potu aquæ ex liquefactis nivibus, quę alpinis alijsq; montanis in uſu eſt: ſed ex craſſa lentaque pituita, quæ eo ſenſim è capite ejuſq; partibus externis per auris poſteriora devolvitur. Farn. lib.7. de med externis.

STruma ex mineralibus eſt, non vero humoribus naturalibus, ergo ſi humores decidunt, nō cadunt ultra quam ad collum, nam ad radicem ſemper vadūt, quæ eſt nucha, ideo quando errant, ad radicem redeunt, id eſt, collum. generatio eſt ſimilis molluſco vel bruſco in arbore, ex minerali, ut marcaſita ſterili, vel alia quadā minera immatura. Nota homines ejus loci, ubi ſtrumæ ſunt familiares & indigenæ ad dementiam magis ſunt diſpoſiti. Metallicæ porro ubi ſunt fodinæ ibi communiter etiam ſtrumoſi homines exiſtūt. Compertum eſt etiam, virgulta condylomatibus turgida reddi, oleæ arboris inſtar, in Rhetia & vicinis locis, ut Pinſgouvv, &c. & igitnr exteri quoque ſi diu tales bibant aquans, colla tuberoſa

rosa acquirunt, stultitia & oblivione laborant & surditate ob immatura se & imperfecta mineralia eorũ locorum. Sectio vix tuta ob vasa, sed neque cauteria tuta. Sal Vngaricum & sal gemmæ in primis Commendatur & in gynecijs urinam bibunt propriam, quæ aliud non est quam sal resolutum. Paracelsus de apostematibus, &c.

NOstris quidem Genevensibus ex cæli gravitate catharri, bronchocele vero Carnis, Alpinis omnibus & Allobrogibus familiaris, struma frequẽs Hispanis, hydrocele Tectosagis haud secus atque carbunculus, phthisis Lusitanis, Vasconibus gibbus & licanthropia, Appulis icterus, Indis quibusdẽ Pua morbus venereo haud multum absimilis. Sic lepra olim Iudæis, uti sacrosancta scripta testantur: Romanis hemitriteus, ut & Atheniensibus podagra, Ægyptijs elephantiasis infesta: quibus de rebus ita quoque Lucretius:

Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Ægypti medio, nec præterea usquã.
Arthritide tẽtãtur gressus, oculorũ in Achæis
Finibus: inde alijs alius locus est inimicus.
Partibus ac membris: varius concinnat id aer.

Ex I. Ant. Sarac. de Pest. natura. cap. I.

SCripsit nuper ad me Mediens celebris, Claudius à sancto Mauritio, Academię Dolanæ Professor, de Vtero lapideo, cujus Observationem, ut quam tibi maxime gatiam fore judicavi, transcribere libuit.

Admirandum, die 25. Ianuarij, hoc præsenti anno, nobis accidit, in sectione cujusdam mulieris 37. annorum, cujus Vterum lapideum invenimus, ponderis septem librarum, hepar uno lobo tunica cartilaginosa, liene sphærico, vesica lapidea, peritonæo durissimo, quod vix cultro dividi poterat. Quæ omnia nos in admirationem traxerunt, qua via spiritus deferrentur per universum corpus, & quomodo hæc tam diu vixerit, sine ulla manifesta ægritudine, quod animadverti dum esset in vivis. Vterum curavi dividi, in cujus apertione sperabam fœtum lapideum invenire (quoniam nupta erat viro mediæ ætatis) ut alias contigit cuidam Medico Senonensi, circa Burgundiam, non longe à Lutetia, qui adhuc hodie curiose reservat, ijsque ostendit; qui naturæ stupenda mirantur; mulieris, inquam, fœtum lapideum, figura qua utero geritur, qui spatio tredecim annorum in utero remanserat: spe fraudatus, totum uterum lapideum

pideum inveni,quod dignum tuis auribus esse judicavi, ut nihil dignius in præsentiarum haberem. Petrus Quenzius Clarissim. Friburgi Helvet. Archiater & Senator ad Ioan.Schenck.

NIlus tametsi præceps feratur, nullas ex se tamen auras gignit. Ejus aqua fœcunda est,ut animentur sæpenumero glebæ.

Silari Itali aquis immissi lapidescunt in eadem.

In Velino lacu dejectum lignum lapideo cortice obducitur. Ejusdem potentiæ Surius est Colchidis lacus.

Inter Mazaca,& Tuana Cappadociæ urbes lacus est in quem pars harundinis demissa, vel lignum paulatim lapidescit, non mutata quæ aquis extat,parte reliqua.

Ex Aesino lacu aqua non bibitur, propterea quod & nitro abundat, & vestes scindit immissas.

In Pithecusis aquæ sunt calculum discutientes é vesica: hujusmodi potentiæ aquas habet Astipalea insula una ex Sporadibus.

Ad Hierapolin urbem trans Meamdrum fluvium aqua lapidescit in tophũ: ita ut qui a-

quæductus derivāt, integra septa ex illis aquis conficiant.

Æquicolis in Italia, & in Alpibus, & in Augustensi valle, & in Taurinis aquæ passim scaturiunt, & è nivibus liquescunt, quæ bibentibus turgidum guttur reddunt.

In Collibus Lario lacui imminentibus fons Plinianus emergit, aspectu sacer & venerabilis: qui singulis horis & tumescit, & residet. Hoc se vidisse asserit Gaudentius Merula Navariensis, ex cujus memorabilium libro, quæ hoc cap. à me narrantur, depromta sunt.

Ex Caucasso monte fontes effluūt, qui immersas pelleis aureis replent arenulis: unde locus datus fabulis, de aureo vellere.

In Colossis flumen est, in quod demissi lateres, extrahuntur lapides.

In tractu Heracleotico penes Perperenem urbem fons scaturit, qui in materiam lapideam convertit terram, quamcumque irrigarit.

Circa Cappadociam ad Lacum cui Tatta nomen est, fontes emergunt salsuginosi: atq; adeo faciliter sal rebus immersis circumgelascit, ut volucres ipsæ alis aquas contingentes facile capiantur: cum propter gelationem salis longius evolare non possint.

In Cispadano tractu inter Placentinum & Par-

Parmésem agrum Salsula vicus est, in quo putei aquis salsis scaturunt: quæ dulcibus admistis ignis opera congelascunt in salem.

Ctesias refert in Armenia fontem esse, cujus pisces sunt letales.

In agro Gadareno aqua est, ex qua ebibentia animalia pilos, ungues, & cornua amittũt. Bartholomæ9 à Clivolo de balneis. Vide Marcum Frytschium Laubanum de fontium & fluviorum miraculis, de Meteoris fol. 61. ex Seneca, Propertio, Lucretio, Pontano Bocatio, Plinio, &c.

GAudeo tibi sententiam meam de aquæ coctione non displicuisse, quã ego si non veram, at verisimilem saltem esse puto. Quod autem fontanam attinet, omnes pene unanimi calculo medici eam probant, quæ ad orienté decurrit, & ex alto dilabitur per petras, per arenas, aut etiam terram liberam, hoc est, nulla labe, quam peregrinus sapor aut odor facile arguit, infectam. Talis enim si sit, humiditate, tenuitate, ac levitate cæteris præstabit, cito tum calefiet, tum frigefiet, ac præcordia etiam celerrime pertransibit, & ventriculum quam minima molestia afficiet, quæ omnia aquæ salubris, & ad potũ expetendæ signa

ſunt optima. At quia noſtratium etiam fluviorum, qui hanc ſcilicet urbem aut alluunt, aut perlabuntur, mentionem facis, dubium equidem non eſt, quin ſemper fluviatiles pluvialibus, atque fontanis per ſe deteriores, ſed tamen etiam huic rei ſua non deſunt remedia, nimirum, ſi in magnis fictilibus aſſerventur, ut demum hoc modo clareſcant, & perpurgentur, quemadmodum de Tyberis aqua memoriæ produnt, eam claram factam ad centum quoque annos incorruptam perdurare. Quid de Nilo dicemus, limoſo illo quidem & turbido amni, quique meridiem ſpectat, nihilo tamen minus aquæ illius in potu mirifice commendantur, non ſalubritatis tantum ratione; ſed etiam ob ſaporis dulcedinem & ſuavitatem? Vnde neſcio quis Imperator milites ſuos increpaſſe legitur, quod vinum expeterent, cum Nilum haberent. Ioan. Crato Epiſt. lib. 5. fol, 392. Dudithio.

CVr vero hic empyreuma illud non urgeam, cum tamen à plumbo uſto, aut parum aut nihil differat? Itaque hoc reſtat, ut dicamus. In igne non tantum vim calefactoriam conſiderandam eſſe, ſed etiam diacriticum dynamin, id eſt, ſequeſta, quæ ita in

eo (ceu ſumme calido) pollet, ut ob id potius, quam illa calidi definitionem ingrediatur. Per hanc autem facili labore, dum metalla liquãtur, partes puræ & impuræ à ſeſe invicem ſeparari poſſunt, ut hac ratione, vel olea, vel liquores, vel, quos vocãt ſpiritus, pro ut luber, inde extrahantur, relictis in fornacibus partibus illis terreſtribus & craſſioribus intentioni noſtræ minime quadrantibus. Quis vero eſt, qui in his omnibus, quę modo nominavi, empyreuma tale reſervari affirmare auſit, quod acredine & mordacitate ſua partibus corporis noſtri vim inferat: cum plurima ejuſmodi ad refrigerandum & humectandum intra corpus utiliter exhibeantur, utpote, v. g. oleum ſeu potius liquor vitrioli, item ſulphuris, in quibus guſtu etiam non admodum magna acredo deprehenditur. Taceo nunc de alijs aquis, quas deſtillatas vocant, ignis potentia elicitas, inter quas multas refrigeratorias eſſe nemo prorſus dubitat. Sed neque illud ſimpliciter concedo: Quæ in dura & ſolida corpora ſæviunt, mollibus & laxioribus multo magis infeſta eſſe. Quis enim aquã, vulgo fortem appellatam, ignorat? Hæc certe ferrum & chalybem, duriſſima cum ſint, brevi tempore abſumit, & tamen manu cava, multis modis molliori ſine noxa etiam

excipi

excipi animadverſum eſt. Petr. Monavij ad Eraſt. in Epiſt.

SAlem marinum recens coctum, atq; à ſordibus non ita pridem expurgatum, aſſervandis carnibus piſcibuſque minus idoneum. Decoquitur autem atque apparatur apud Zirizæos, compluresque Zelandiæ Civitates, æſtivis menſibus quum ferveſcit Sol, cujus vi maxime ſalſeſcit Oceanus, candoris eximij ſal in frixorijs patiniſque capacioribus aqua marina oppletis, ſubditis accenſiſque glebis bituminis, noſtri Turff vocant, quibus ſenſim ac paulo melius omnia perficiuntur in Salinis, quam congeſtis ſub cacabo lignorum ſarmẽtis, ob flammam ex fornacis faucibus periculoſe erumpentem. Quod ſi mox à tepente foco aut poſt dies aliquot in uſum depromatur, cito liqueſcit, atque in ſalſuginoſam ſalivam diſſolvitur, ſic ut limoſam quandam uliginem rebus ſalitis obducat. Ita Sal qui primum ex calenti fervidaque patina aut labro ferreo eximitur, nec vetuſtae induruit, aut concretus eſt, quum citius quam par eſt, in ſalſilaginem liqueſcat, ſecus quam vetuſtus, minus aptum judicio ſaliendis condieodiſque edulijs. Quocirca qui carnes ac ſalſamenta, Saperdas, aſellos,

los,thinos,phocas, haleca, haringos qui ſunt thriſſarum generis,ſuccidam, perennare velit, hoc eſt,in ſequentem annum aut multam æſtatem aſſervare, denique minus rancida in externas longeque diſſitas regiones devehere,vetus ſal meminerit huic negotio accommodatius. Majores noſtri olim ſalem confecerunt uberrimo ſane quæſtu, non ex aqua marina Solis ardore in ſalem concreta atque indurata, quale ex Hiſpanijs ac Gallijs ad nos perfertur, ſed ex maritimis glebis exuſtis atq; in cinerem redactis, quem infuſa aqua minutatim in ſalem reducebant ſplendidum ac nitentem, Zel oft Ziltzout populares atque indigene denominant à glebis ſalſugine imbutis,unde id elicitur: Nec alio Salis genere tota Belgica ad noſtram uſq; memoriam uſa eſt. Qui conficiendi Salis modus quum inducto externo exoleſceret, excogitatus eſt alius non minus quæſtuoſus. Siquidem advecto ex Hiſpanijs atque Aquitanico ſinu, rudi ac nigricante ſordidoque ſale, exemto limo, excoctiſque ſordibus, candidiſſimum id noſtrates efficiunt, rebus aſſervandis aptiſſimum. Vtuntur quoque Salinatores noſtri alio concoquendi ſalis modo à ſuperiore non multum diverſo. Nam tertio aut quarto quoquo anno, confracto foco atque area Den heert vocant, ferrea

cui

cui capacissima sartago ac patina incumbit, subditoq; igni incalescit, glebas ac fragmenta quæ ex perstillante salsugine ac muria salso liquamine affatim imbuta sunt, in patinā conjiciant, eaque comminuta salo, macerant atq; elixant, post horas aliquot subsidente limosa fece ac sordibus paxillo, candidissimum sal eliciunt. Id genus Clijnzout nominant, vel Clinczout, quod glebæ inter se collisæ propter duriciem, ut silices, sonitum clangoremque edant. Hoc genus Salis ut mensis eleganter infertur, easque exornat, atque ad multos usus est efficax: ita conservandis condiendisque rebus minus aptum. Levin. Lemnius lib. 3. cap. 9. de occult. miracul.

HInc itaque fit, ut citra injuriam dici possit, nō omnes pretiosorum lapidum species esse terrenas, sed aqueas, id est, ex humore quodam conflatas, cui aquæ pondus longe majus, quam terræ insit. Cæterum Avicennæ opinio, quam sequitur Albertus, multo magis veritati, ac rationi cohærere videtur, quā aut Aristotelis, aut Theophrasti, Quippe quanquam non explicuerit ipse, quibus modis futura lapidis materia congregetur; dixit tamen lutum esse in primis lentum, & aquā non simplicem

plicem illam, ſed cnm terra permiſtam. In qua permiſtione ſi plus terræ, quã aquæ confluxerit, lutum dicitur, ſin aquæ, ſuccus nihil enim aliud eſt lutum, quam terra, quæ permaduerit aqua: nec ſuccus aliud quidem explicat, quam aquam, quæ ſorbuerit terram, vel abraſerit, tetigeritque metallum. Lutum enim, ex quo lapis futurus eſt, lentum, ac tenax eſſe oportet, cujuſmodi illud eſt, ex quo lateres & fictilia fiunt: nam ab alterius generis luto, quod penitus lentore careat, haud difficulter ſeparatur, ac diſſolvitur humor, tumq; non lapis ex eo efficitur, ſed pulvis. Lutum vero tenax calor primum exiccando conſpiſſat, efficitq; medium inter lutum, & lapidem: deinde quia diutius idem agit, vel acrius, lapidẽ gignit. Quinetiam ſuccus craſſus, & lentus facile convertitur in lapidem. quod in animantibus eſt evidens, præſertimque in nobis, cum jandudum veteribus medicis, ac etiamnum recẽtioribus decretum ſit, tum renum, tum veſicæ calculos non aliunde progigni, quã ex lento, craſſoque hamore temporis tractu à caloris noſtri facultate coacto. Ob id igitur tranſlucentes gemmas nõ ex aqua tantum fieri conſtat: ſed ex puro, liquidoque ſucco, qui aquæ multũ, terræ vero tantillum refert. Siquidẽ ſi ex aqua tantũ hujuſmodi lapides efficerentur,

non

non utique mergerentur in ea projecti, sed ea supernatarent, non secus ac glacies, & grando. At cum omne lapidum genus demergatur aqua, ac etiam crystallus, & beryllus, quæ tamen quoniam glaciem colore repræsentãt, omnino videntur ex aqua constare, satis intelligimus, ex sola aqua non gigni lapides illos. Quapropter (ut in sequentibus suo loco dicetur) plane explodenda venit Plinij, & aliorum quorundam sententia, quibus certum est, crystallum glaciem esse, quæ nive in algidissimis montibus cõcreverit, cum aqua non supernatet. Generantur prætererea lapides ex lapidibus ipsis, cum fluviorum, rivulorum, ac subterraneorum fontium aquę per saxa excurrentes, ab eorum superficie aliquid lapidosi abraserint, quod cum resederit, solis calore, siccatur, ac lapidescit. Hoc enim evidentissime apparet in canalibus, ac soli patentibus aquę ductibus, quibus nonnullæ aquæ calidæ ducuntur. Ij nimirum lapides quibusdam crustis oblinuntur, quæ cum tenuissimis ramentis compactæ sint, cæteris molliores, infirmioresque habentur. Hoc idem apertissime conspicitur in quibusdam balneis aquarum sponte nascentium, præsertimque in balneo sancti Philippi comitatus nostri Senensis. Quandoquidem ex hujusce balnei aqua, parculæ

ticulæ quędam gignuntur lapideæ, ſaccharum tum candore, tum etiam materia referentes, quæ uſqueadeo imitantur ſemina ſaccharo contecta, & alia id genus, quæ in officinis ſaccharo ſimiliter conteguntur, nempe aniſum, coriandrum, ac etiam plerunque cinnamomum, ut ijs capſulæ à quibuſdam impleantur, itaque aptentur, ut ſolatij cauſa aliquos ſacchari, ejuſque confecturarum avidiſſimos decipiant. Fit hoc quoque in his, qui hujus aquæ ſtillicidio utuntur ad cerebri morbos curandos, illi quotidie caput ſubijcientes, ſiquidem lapidoſa illa materia, capillis circumciſis continue inhærens: in granula quædam cogitur, ac coaleſcit, ab aniſo ſaccharo contecto nihil fere diſſimilia, quæ non niſi tractu temporis inde ſe explicant, & diſſolvuntur. Idem præterea evenit in montium concavitantibus, ac ſpeluncis, quæ ex ſaxo potiſſimum calcario conſtant. quippe aquarum ex ſaxorum commiſſuris ſtillicidio lapidea concreſcit materia, quæ è cavitatum illarum cameris non aliter pendet, quam ſtiriæ hyberno gelu è domorũ noſtrarum teſtis prominent. Ex eodem etiam ſaxo calcario oritur gypſum, melitites, galactites, & alij quidam lapides: & ex ſucco, qui ex eodem ſaxo, & aqua contemperatur, lapis ſpecularis, & gypſum, quod raro trãſlucidum invenitur.

venitur. Eodem modo ex ramentis rubei lapidis fit hæmatites, & schistos: item in commissuris marmoris maculosi, aut ejus, quod in candido cinereum colorem refert, reperiuntur dactyli Idæi, lapides Iudaici, trochitæ, & consimiles. Verum enimvero succus lapidescens omnino differt ab aqua, quæ saxorum ramentis referta est, vel quod plus habeat sedimenti, vel quod calor talem coquendo aquam, eam densiorem effecerit, vel quod aliquid is succus contineat, quod vehementer adstringat. Ex quo (ut opinor) corallium maris planta, & antipates oriuntur. Postremo materia lapidis erit quicquid habet meatus, per quos succus lapidescens imbibi possit, sive is à terra contineatur, sive cum aquis mistus ex ea effluxerit. Quamobrem multoties arbores, frutices, animantices, ossa, & alia in lapides vertuntur, ut Bohemi aperte testantur. Quandoquidem in eorum regno pluries in subteraneis fodinis (Georgius Agricola auctor est) arbores inventæ fuerint in lapidem conversæ, stantibus adhuc ramis, cortice, medulla, ac radicibus. Equidem ipse quoque ingenue fateri possum, arboris ramum ex lacus cujusdam litore mihi allatum esse qui altera parte lapideus, altera vero igneus cernebatur. Venetijs item in magno

gno

gno Germanorum emporio, quod vulgo vocant il Fondaco de Todeschi, equi testiculum lapidem factum, Antonius Golb mercator ibi pro Fucharis agens, jucundo omnium spectaculo, & admiratione ostendebat. Id quod animalium quorundam carnibus, & ossibus, tum etiam testaceis piscium operimentis evenisse comperimus, nanque in Hetruria quam plumis in agris, buccina, cochleæ, conchulæ, & ejusmodi multa aratro ab agricolis eruuntur in lapidem conversa. Quæ sane omnia haud dubiam fidem faciunt, ita se rem hanc habere, uti diximus. Sed ut ex prædictis omnem lapidũ mateeiam paucis perstringamus, ea in primis est lutum, in quo multo plus sit tenacis terræ, quam aquæ. Deinde est succus, qui vehementĩ frigore congelascit, in quo aqua ipsa terram superat. Sunt præterea ramenta saxorum, quæ aquarum decursus abradit. Quinetiam succus lapidescens, qui cum in aerem effluxit, in lapidem concrescit. Omne denique, quod hbet meatus, in quibus lapidescẽs succus facile excipiatur. Et mox.

Qui certe vulgus ita temere promanans, non videt quam maximam naturæ inferat injuriam, quæ nunquã aliquo temporis momẽto quiescẽs, nil aliud agit, quã ea semper regenerara, quæ alias genuit, quæ etiã nova multta

producit. Vnde hæc vulgaris opinio prorſus explodendæ, atque exhibilanda eſt. Quam inſuper ut vanam ac ridiculam, illud maxime diluit, ac demolitur, quod in antiquis metallorum cuniculis ſole clarius viſitur. Siquidem innumeræ inveniuntur metallorum fodinæ, tanquam inutiles à foſſoribus derelictæ, quod inde omne metallum effoderint, per quas etſi prius longe, lateque patebat tranſitus, ita ut libere, & abſque ullo impedimento non modo foſſores ipſi; ſed vehicula, ac curriculi per eas diſcurrerent, tractu tamen temporis factum eſt, quod materia lapideſcens in ipſis adeo creverit, ut foſſoribus denuo ingredi volentibus, ob cavitatis anguſtiam denegaretur aditus. Sed præterea metalla continue generari, ferrum indicium eſt. Id quod in Ilue inſulæ metallicis fieri (ea enim à maritimis noſtris non longe diſtat) non modo probatiſſimi ſcriptores memoriæ prodiderunt; ſed foſſores ipſi, qui diutius in ipſis verſati ſunt, verbis referunt. quippe quod ferreæ illæ fodinæ multis jam annis deſtitutæ, iterum atque iterum ferrea materie impleantur. Porro philoſophi, & chymiſtæ aliter ſentiunt. Ariſtoteles lapidum materiam halitum tantum exiſtimat. Chymiſtarum vero nonnulli omnino aſſerũt, metalla in viſceribus terræ gigni ex ſulphure, &

re,&argento vivo,alij ex quadam cinere aqua madefacta. Et mox.

Cæterum illud omnibus, ut mea quidem fert opinio,persuasum esse debet,quod nil aliud sit metallorum materia, quam substantia elementaria, quæ tanto perfectius metallum efficit, quanto magis in æquali proportione tum qualitatis, tum quantitatis impense deparata constat. Quippe in metallorum materia aquam esse,maximo argumēto est, quod ignis calore liquentur, ac fluant: frigore vero tum aeris, tum etiam quæ rursus densentur, ac coeant. Id quod clare ostendit, ea aquæ multum,terræ vero parum obtinere.Simplex enim aqua non est eorum materia, sed mista cum terra: atque terræ quidem portio tanta in mistione existit, quanta aquæ perspicuitatem obscuret, fulgorem vero non auferat. Quinetiam mistura quo purior fuerit,eo pretiosius (ut diximus) metallum conflat, idque magis ignis patiens redditur. Sed quota terræ portio insit cuique humori, ex quo efficitur metallum, nemo mortalium unquam mente concipere potest,nedum verbis explicare. Id tantū novit Deus optimus maximus, qui certas, ac definitas quasdam leges naturæ tribuit, quibus res inter se miscet, ac temperat. Et mox.

Duabus his causis tertiæ quoq; accedit, quæ est succus ille lapidescens, de quo superius diximus, qui vel solus, vel cum aquis permistus in stirpium meatus, aut in animantium particulas recipitur. Nam præterquam quod sit lapidum materia, causæ etiam efficientis partes subit: quando scilicet in corpus aliquod per meatus penetrat, idque totum secum in lapidem vertit. Quod si in lapidē concreverit guttatim cadens, aut in urceos diffusus, tunc materia tãtũ, nō causa efficiens dici merebitur. Gignitur hic (ut supra dictum est) in locis quibusdam lapidosis, & interdum aquæ commistus, per venas terræ manat, & effluit. Quapropter mirari non licet, si fontes, rivuli, lacus, ac putei reperiri possint, qui stirpes, ossa, & alia multa in lapidem tractu temporis vertant. Verum non est ignorandum, quod succus is lapidescens motu aliquo agitatus, non facile in lapidem densatur, nisi crassus admodum fuerit, sed simulatque in meatus ligni, aut alterius rei receptus, dispersusque quieverit, frigore cogitur, & concrescit, mutatque res illas, quibus continetur, in lapides, ut in quodam Gothiæ fonte evenire probatissimi auctores testantur. Cujus guttæ solo perfusæ, cum moveri, aut agitari nequeant, ab ambiente

biente aere densantur, & lapidescunt. Quod si præterea verum est, in montibus Pyrenæis esse loca, in quibus aquæ pluviales lapidescant, id ideo fieri posse videtur, quod aquas cum terra permistas vel solis calor paulatim concoquat, vel insignis propter calorem siccandi vis, quæ terræ insit, conspisset: utroque enim modo ex eis potest effici lapis. Neque necesse est configere, aut comminisci aliam vim, quæ idipsum agat, quam quatuor qualitatum, aut eam, quæ ab ipsis inter se agentibus, & patientibus orta loco tribuitur. Et mox.

Sed ad lapides nostra revertatur oratio. de quorum quoq; luciditate, sive perspicuitate, ac nitore, vel horum oppositis obscuritate, ac squalore jam aliquid nobis differēdum est. Ex prædictis itaque omnibus clarum esse arbitror, lapides aquam magis, ac terram participare, quam cætera elementa. Sed quoniam non terra, sed aqua cernitur esse perspicua, ac pellucida; ideo ab eo tātū perspicuitatē, luciditatemq; ijs advenisse cōstat. Vnde ex succis claris, & pellucidis cōstare lapides, quæ translucent, affirmamus, quēadmodū ex terra eos, qui qualitatis perspicuitati oppositæ reperiuntur: hi enim ex claris succis, gigni neque-

unt,ſed ex impuris,ac turbidis vel luto,vel nigrore infectis. Quod vero alij lapides magis, alij minus pelluceant,nõ aliunde fieri certum eſt,quam è ſuccorum diverſitate, cum ſcilicet alij alijs clariores, ac lucidiores exiſtunt. Et mox.

Cæterum cochleas in ſaxis repertas, calor concluſus,ex materia pingui, & lenta efficere videtur,& ex eadem gignere muſculos, & cõchylia: ſed terra quanto eſt craſſior,quam mare,tanto ea magis imperfecta gignit. Nec mirum cupiam eſſe debet, quod ejuſmodi conchylia in lapidum medio orta,ibi diutius concluſa,ipſis cedente lapide,creſcant; & vivant. Siquidem ego certo teſtari poſſum,me vidiſſe non longe à Timavo fonte prope Divinum caſtrum in Adriatici litore ſitum,ubi maris alluit unda, lapides à ſocijs malleis ferreis frangi,atq; in illis plurima reperiri conchylia,quæ dactylos à forma,& colore vocant: ſunt enim palmarum caryoti ſimilia. Hæc eadem me aliquando comediſſe memini in caſtro Goritiæ in opiparis menſis illuſtris, ac clari comitis Franciſci à Turri noſtrorum ſtudiorum (quæ ejus eſt ſingularis humanitas) fautoris, promotorisque maximi: quæ ſane non minorem quam oſtrea, in cibis gratiam habere comperi. In ipſo quoque divini caſtro ijſdem veſci

mihi

mihi contigit apud magnificum Matthiam Hofferum, virum ſane nobilitate & moribus inſignem. Neque me fugit, his nuper elapſis annis virum magnificum atque præclarum Didacum Mendozium Hiſpanum, lapideas quaſdam tabellas mihi oſtendiſſe ex Veroneſi agro (ut aſſerebat) delatas, quæ in longũ ſciſſæ varios intus piſces veluti inſculptos habebãt, cum omnibus ſuis particulis quamvis minimis, in lapidem verſos. tot tamque admirabilia ſunt opera naturæ. Huc præterea illud accedat, quod piſces foſſiles reperiuntur ultra Pyrenæos montes, ut narrat Polybius lib. 24. ſuarum hiſtoriarum. Vſque ad Narbonem amnem, inquit, planities eſt, per quam fluvij feruntur Illiberis & Rhoſcinus, fluentes propter urbes ejuſdem nominis, quæ habitantur à Celtis. In hac igitur planitie ſunt piſces foſſiles dicti. in ea enim eſt terra tenuis, ubi multum naſcitur gramẽ, ſub quod altitudine duorum vel trium cubitorum per arenã aqua fluminum delata fluit: & ſi quãdo inundaverint, cum aqua piſces terram ſubeuntes (nam mirifice appetunt graminis radices) planitiem efficiunt refertam piſcibus ſubterraneis, quos incolæ effodiunt. hæc Polybius. Quibus adde, quod etiam piſces foſſiles inveniuntur circa Heracleam, atq; in alijs pleriſque Ponti lo-

cís, ut Theophrastus est auctor. quin & in Germania ultra Albim fluvium quibusdam in locis hæc ætate effodiuntur. Et mox.

Cæterum aquæ, quæ lapideum admittunt succum de quo satis diximus in prima hujus libri commẽtatione, prorsus vitandæ sunt, ut quę potantes strangulare possint, eo sane modo, quo epotũ gypsum, quippe hę arterias obstruentes spirituum transitum intercipiunt: quin & alimentũ in corpus deferri prohibent. Quocirca hujusmodi aquę potabiles nõ sunt, neque in ciborum coquendorum usum recipiendæ. Quemadmodum nec illæ sanis probantur, quæ sal, nitrum, chalcantum, alumen, & alia id genus concreti succi continent. quãquã omnes in medicinæ usum veniũt. Et mox.

Ex Tyrrheno, & siculo mari extrahitur, atque inde ad nos defertur. Cæterum etsi rubri tantum, & nigri meminerit Dyoscorides; reperitur tamen quod nivei sit candoris in ijsdẽ pelagis, non autem ut rubrum compactum, ponderosumque, sed levius ac rarius, & spongiarum modo inane. Creditur hoc rubro longe magis refrigerare: proinde eo utuntur medici, ubi opus est majore refrigeratione. Corallij meminit Plinius lib. 32. cap. 11. ubi de eo ita scriptum reliquit. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos

dos in corallio: nanque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrus. In Persio vocatur Iace. Laudatissimum in Gallico sinu, circa Stœchadas insulas, & in Siculo, circa Heliam, & Drepanum. Nascitur & apud Graviscas, & ante Neapolin Campaniæ, maximeq; rubens, sed molle, & ideo vilissimum Erythris. Forma est ei fruticis, color viridis. Baccæ ejus candidæ sub aqua, & molles, exemtæ confestim durantur, & rubescunt, quasi cornua sativa, specie, atque magnitudine. Ajunt tactu protinus lapidescere, si vivat. Itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. hac de causa corallium vocitatum interpretantur. Probatissimum quam maxime rubens, & quam ramosissimum, nec scabrosum, aut lapideum, vel rursus inane, aut concavum. Et mox.

Hæc Plinius. Quem tamen mirari subit, quod tam facile sibi persuaserit, corallium per se baccas ferre, quasi corna, sativa specie atq; magnitudine, perinde ac cæteræ arbores suos proferunt fructus. Quandoquidem, ut fatentur ij, qui corallia expiscantur, & in ijs mercaturam exercent, nullas per se baccas edunt. Baccæ enim, quæ in coralliorum monilibus cornis, ac cerasis similes visuntur, ex ipsorum truncis torno, & lima prius parãtur: mox smy-

ridis

ridis lapidis pulvere, & terra quadam, quæ è Tripoli Aphricæ adfertur, expoliuntur, & lucidum lævorem contrahunt, cum ijs diutius fricantur. And. Matthiol. Com. in lib. 5.

POst hæc ſalſi ſapores ſequuntur, quorum quamvis plura, attamen præcipue tria numerabimus genera. Hypoſtaſi autem ſua in ſe vel creſcens concretumq; quid ut ſal gemmæ, ſal petrę, ſal ammoniacum, continent, vel factitium aut elixatum, ut ſal communis, ex aromatibus & herbis & lapidibus, vel denique mixtum & contemperatum ut ſal Alkali & ſales ſubtiles ex mineris & metallis, quæ ſpecies omnes ex priorum ſunt genere, & in igne flavis flammis, denſo fumo & crepatione apparent, natura ſua calidæ & ſiccæ corpori plurimum conducentes. Horum dictorum generum infinitæ ſunt ſpecies, quarum exempli cauſa ut antea de viſcoſis humoribus, pauca tamen lectoris utilitati ſtudentes enumerabimus. Advertendum autem eſt, quod qui tantum coagulati ſunt, indureſcant & à natura creſcant neque præparentur, cujuſmodi generis in Bothnia 4. mill: à Cracovia diſtante & Friburgi Miſniæ juxta Bohemicam ſylvam item ſalniteræ in Hiſpania reperiuntur. Quidam

dam ſales in fornicibus & ſpecubus, aut in petris, rupibus, & muris creſcunt, velut ſunt ſal ſylveſtris, montanus, murarius, foſſilis, Tincar ſive nitrum, &c. Sunt etiã ſales mordaces & acres corroſivæ & contrahentis naturæ ut Salarmo niacũ, Alumen, Vitriolum, & Salarmoniacũ. Ita quoq; quidam arte deſtillationis ex herbis fructibus, & aromatibus præparantur, ut ſal abſinthij, Salviæ, Rutæ, exRibe, cinnamomi, nucis mxriſticæ, gariophyllorũ, &c. Item uſitati ſales ex aquis cocti, qui plerique ejuſdem ſunt naturæ, cujuſmodi præparantur Hallæ in Saxonia, œnivalle, foro Iulij, Luneburgi & ſalinis in Burgundia. Item quidã artificioſe ex gemmis & lapidibus, conficiuntur ut ex Corallo, margaritis, & ſuccino, &c. Reperiuntur etiam, quorum uſus in colliquando, coquendo, & ſimilibus Chymiæ laboribus eſt neceſſarius, ut ſal capitis mortui, aquæ ſeparationis & aquæ Regis, ſal Alkali ex herba Kali ex iſatidis cineribus, item ſales ex ſapone & ſalicis cinere. Omnium autẽ ſubtiliſſimi & admiratione digniſſimi ſunt Borax mineralis & artificialis, Camphora factilia & naturalis ex amiantho. Torneſij Phiſon.

Sunt

SVnt alij metallici duorum generum Artificiales ex cupro, argẽto, auro & alijs metallicis, naturales ut Arſenicum album, rubrũ, citrinum Atramentũ tranſparens, nigrum, glaucum. Quorum omnes ſpecies enumerare nimis longum foret, prçſertim cum nil utilitatis inde nobis exoriatur itaq; ijs ſuperſedebimus. Idem.

VT itaque ad finem properemus nulla aqua corporalis quibus etiam alias mineras annumero, homini pro balneo utilis eſſe poſſet, quemadmodum enim terrenum perceram permeare non poſſet, ſic multo minus per ſubtiliſſimas hominis partes, qui non minus ex carne, cute, membranis, nervis & oſſib. ſolidiſſime compactus eſt, quam alia corpora, permeare poterit, & veluti non pane, Butyro, carne aut alijs cibis alimur, ſed ſola eorũ virtute & ſpiritu, quæ à ſtomacho apprehẽditur, concoquitur, & in omnes cæteras partes diſtribuitur easque vivificat, reliqua vero terreſtris materiæ per naturales ſedes, ut notum eſt, expellitur.

Idem.

Quod

QVod vero aliqui ſpiritus remaneāt, à natura illud ei tributum eſt inde quod quilibet ſal aliquid in ſe continet oleoſum, à quo ſpiritus non facile evaporat, alias nec ſal eſſet nec ulla virtute polleret. Hinc ſal qui acrimonia caret ſal non eſt dicenda, Id quod Chriſtus pulchra ſimilitudine in Evangelio comprobat. Dicens Matth. 5. Si ſal acrimoniam ſuam perdiderit, ad quid condiendum proderit? Et ſic nos in præſenti nō ſolum de ſale, ſed etiam de ijs quæ & attribuuntur & conjuncta ſunt, ut de alumine, ſale, nitri, Vitriolo, &c. dictum volumus. Sed ut omnia dicamus nec quicquā intactū relinquamus, Sal, qui ex ſalſis aut marinis aquis excoquitur eſt terrenus, veluti etiam is qui è montibus effoditur, & is qui ad maris littora in Hiſpania & Gallia in amplis foſſis relictus à Solis æſta concoquitur, Hi (inquam) omnes terreni & corporales ſunt & ſpirituum copia deſtituantur quamvis illud quod effoditur è montibus ſit nobilius Quod vero aquis eſt commixtum nobiliſſimum eſt nec corporeum ſed ſpirituale, quod tamen de aqua intelligendum eſt antequam coquitur nam per coctionem nobiliſſimi ſpiritus extrahuntur.

Idem.

Quod

QVod vero alius ſal ſit ſpiritualis, alius ſemel coctus eſt, corporalis, hoc modo cõfirmari poſſet. Si enim libra ſalis menſuræ aquæ injiciatur & ſine motu aliquo tempore vas conquieſcat, ſal unitus in imo reſidebit, ut etiam aqua dulcis abſtrahi poſſit, Quod in aqua ſalſa fluente Luneburgi aut Hallæ in Saxonia nunquam fiet, etiamſi toto anno aqua conſervetur, nam ſpiritus ille ſine ignis ſeparatione corpus relinquere non poſſet, nec quicquam terrenũ patitur adhæc ſpiritus tam fortis eſt ut corpus ne reſideat cohibere poſſit. Quod ſi ars nota eſſet, qua corpus reſideret, non minus utilis eſſet quam quod etiam minor lignorum copia requireretur.

Sed hoc certiſſimum eſt & experientia ſæpe comprobatum aquam ſepararandam à ſale ſine ullo ignis auxilio, ut nempe æreum vas magnitudinis arbitrariæ concavum, & in omnibus locis ſolidũ nec ullibi pertuſum marinæ aut ſalſæ aquæ imponatur, ſic enim natura hæc ambo à ſe invicem ſeparat, ita ut vas totum dulci repleatur aqua, ſal enim quia craſſus & terreſtris penetrare non poſſet, ideoq; & aqua ipſo ſale eſt ſubtilior. Et quãvis aqua illa ſalſa eſſe enim appareat, attamen ipſa probare

bare ſalſa eſſe reperitur quæ ſalſedo non à ſale, ſed ab ipſius ſpiritu provenit, qui etiã qualibet aqua eſt ſubtilior, ideoque etiam cum aqua per minutiſſimos & inviſibiles ceræ poros penetrare poſſet. Aqua vero marina magis eſt corpulenta quam ſpiritualis idque ob eam cauſam quod tota fere ſalſedo ex perpetuis pluvijs, quæ ex vaporibus exhalantibus in ſuprema regionem ſalſæ ſunt, cauſatur. Idem.

ADhæc in profunditate maris ut credibile eſt plurimi ſalſi montes exiſtunt, & per flumina in mare procurrentia quotidie multum ſalis advehitur, taceo fontium venas infinitas quæ in mare repullulant, ex quibus omnibus ſalſedo oritur. Solis autem æſtus & ardor perpetuus, plurimas aquas exſiccat, & attrahit, cum quibus ſimul ſpiritus, qui caloris ſunt impatientiſſimi, extrahant, remanente ſolo corpore. Hinc itaque colligimus marinam aquam plus corporis, quã ſpirituum participare. Idem.

EX his cuilibet facile colligere licet cur ligna in lapides indureſcant, ſiquidem & fluvij reperiantur in quos impoſita lapideſcunt,

quorum natura omnino sulphurea dicenda est. Talis aqua reperitur juxta civitātem Valckā & Karlsbadt in Bohemia cujns naturæ & illa est aqua Sylavv quæ montem in Contusiorum regione circumfluit. Nam ea omnia folia, autumni tempore ex arboribus decidentia pauco tempore in lapides transformat, quorum non paucos ipsemet vidi, Similis quoque minori tamen virtutis aqua Francofurto ad Oderam tribus passuum millibus distat. Eodem modo Cepusia in Datia fluens & vasa imposita pauco tempore in lapidem concrescit, Nam absimilis naturæ spelunca in Brittannia reperitur ad Devernam sita, in quam quicquid aquarum influit pariter coagulatur in lapidem. Quæ omnia hominibus quidem mira apparent, naturæ tamē consueta sunt & congenita, quod nec Aristoteles credidit, cum dicat, rerum præsertim metallorum formas non mutari, quod utique non dixisset, si cognovisset, quod in quodā Transsylvaniæ loco Zipierland Vngariæ contermino juxta Carpatum montem prope nrbem Smolinz aqua præterlabatur, in quam si ferrum imponatur, primo quidem in ramenta mutatur, progressu temporis igni appositum in verum Cuprum transformatur. Quod

etsi

etsi verum sit,tamen minus ex parte fabula videri posset, cum tamen arte destillationis aqua ejusdem virtutis dici queat, Cum itaque aqua in durissimis metallis ferro,&c. & lapidibus tanta vi polleat,nam Georgius Agricola etiam marmoris in aqua liquefacti meminit , quanto magis idipsum in deperditis & morbo affectis corporibus purgango renovandoq; poterit. Sic etiã in pago Zvviglitz in agris inveniuntur aurea grana quemadmodum etiam in quibusdam Hispaniæ locis, qui loci longe disiunctis Italis & Belgis notiores sunt,quam vel ipsis incolis. Sed quæ reliqua sunt Bohemiæ , separatis capitibus aut alio libro explicabitur. Idem.

REperitur etiam alia aqua quæ duplici virtute pollet,ob mineralia quæ continet in Vngaria,quamvis per se lapidescant , & quidẽ inter eas aquas est præstantissima quæ sita est apud fontem , ut Strepitus,ob sonum quem in profluendo caussat, cujus magnitudo potius lacũ aut paludem , quam fontẽ repræsentat , eaq; aqua omnia ligna in lapides indurat. Talis est illa quæ prope pagum S.Andreæ sita

est. In eadem quoque Regione apud præcipuam Ecclesiam in Zepusia D. Martini nomine dicta fluvius promanat, & horrendo sonitu prorumpit, & intra terram per proprios canales defertur, cujus in lapidem velocissima est transmutatio. cujus lapides ad ædificia non inutiles, & cōcretio in terræ visceribus effossa calcis vice in cæmentis adhibetur.

Nec tamen prætereunda est illa aqua quæ juxta Carthusiam Francofurti ad Oderā præter labitur, etsi enim alius sit naturæ, attamen non minus ligna, cochleas, & nucum putamina in lapides mutat ac alia, & quod mirius videri debet, Ego die trium Regum anno 71. viventes ranas in ea comperi in præsentia nobilium aliquot, qui id contestari potuerunt. Idem.

SEd in hac Regione non procul ab urbe Luben mira ollarum forma reperitur, quæ ita conformatę, suapte ut dicitur natura crescunt hoc modo. Ipso pentecostes tempore, præcipue ferijs, Rustici & incolæ instrumentis ligneis eo conveniunt, & ijsdem terram tentantes cubiti altitudiue, sentiunt locum, ubi ollæ consistunt, & quidem ob hanc causam, quia plerunque magna lapidum moles ijs superja-

perjacet, quam circumfodiunt ligonibus,& ollas aeri contiguas indurescere sinunt, sunt enim tam molles, nec tamen humidi, quasi modo à figulo conformati essent, alias tactæ in cineres conciderent. Fertur quoque ab incolis eas autumni & veris tempore viginti cubitorum altitudine, tempore vero pentecostes unius, tamen sepulta jacere, Quod quidem eo magis admirationem auget, cum .n. nō unius generis, sed etiam diversæ magnitudinis, matulæ, pelves, &c. omnes generis tanquam foro venales habendæ inveniantur. Interdum quoque oricalcheij circuli, plumbum, carbones & alia juxta ipsas, & quandoque in ipsis reperiuntur. De his quidem variæ variorum sunt opiniones, Quidam enim existimant eas à natura ita concrescere, quod tamen falsum esse eo comparet, cum à natura tanta perfectione gigni nō possint, sunt enim tam rotundæ ut etiam peripherias ceu tornatas perspicere liceat, adhęc habent manubria. Itaque à natura provenire non possunt, sic enim unius tamen essent generis, nec tanto artificio factæ nec evanescerent hyemis tempore, quum id in Solis altitudinem & declinationē referre possimus, qui pentecostes tempore altior in gemminorum signo majoribus pollet viribus, In signo vero Capricorni de-

preſſus minoribus. Itaque undecunque tandem proveniant, tamen conſtat tales ollas in Polonia apud Nohavv & Paluckij item inter duos fluvios Bober & Neuſs nomine dictos non procul à Guben & Loberſperg etiam, quamvis alius generis reperiri. Idem.

MEminimus antea de fonte Francofurti ad Oderam, & ejus originem declaravimus, in quem conjecta ita incruſtantur ut lapidès appareant, cum tamen tantum ſit tartarus & acretio, præſertim in lapidibus & ejuſmodi materia. Quæ vero molliori conſtant materia ceu ligna, folia, putamina, & ſimilia mordacitate aquæ conſumuntur, & ramenta quæ ab his ſeparantur, bituminoſa pinguedine adminiſcentur, quam aquæ tales producũt & coagulatio ſequitur, nam naturam & qualitatem ſiccam poſſidet, quapropter quum virtus aluminoſa præſens ſit, aſtringit & erodit inſuper & mordicat, ob alabaſtrum & gypſum, dura eſt & exiccat amplius, ex quo talis tartarus exoritur, ut eſt videre Elbogen in Carolinis thermis, quemadmodum in Brittannia in flumine Doverra, ad ſpecum Margla, in quo omnes aquæ corrivantes in lapides vertuntur.

Ita

Ita in lacu Hyberniæ, omne quod inijcitur, vel in ferrum convertitur, vel si fundum petit in lapidem transit, Similiter in Vngaria in Comitatu Barsiæ invenitur ingens fluvius, qui quam primum ex scaturigine erumpit in substantiam saxeam, id est, lapideam cõmutatur, non aliter quam tempore hyemis aqua frigore congelascit & densatur, ex quo fit ut amnis, vel flumen super alveum excrescat & elevetur, partibus inferioribus subinde constrictis & concrescentibus, adeo equidem ut in singulos prope menses, novum exitum quærat relicto consueto veterique ductu & alveo, quando ob eum repletum exundare & effluere necessum est. Præterea ad castrum Fileggum, in ditione Novigardica, ubi integræ Columcæ reperiuntur, quæ solæ ex aquæ proprietate proveniunt & nascũtur, Ita equidem quasi de industria ab hominibus, & per artem deformatæ extructæq; forent. Idem.

EX prædictis conijcere licet, has aquas in potu insalubres & lethales esse, quia subtilem & dispersum tartarum uniunt & coagulant in interiora asperæ arteriæ & vesicæ meantes, & hinc morbi incurabiles, vel etiam ipsa mors sequitur.

Hujus tartari fruſtū à Doctiſſimo Domino D. Balthaſaro Conradino Phyſico in Schvvatz œnivalus accepi. Is mihi indicavit, non procul inde molitoré conſediſſe, qui equum longo tempore aluerit, ſæpius ægrotantem & ſæpe procidentem, ita ut nemo morbi cauſam cognoſcere potuerit. Cum vero equus mortuus diſſecaretur, inventus eſt globus lapideus capitis magnitudine in ſtomacho, ex ſubtili tartaro adeo ut pulcherrimū alabaſtrū æmularetur. Adhæc ſingulorum menſium accretio perſpicue videbatur. Cujus cauſam non aliunde quam ex aqua provenire poſſe deinceps cognoverunt. Itaque ab iſtis aquis, tanquam à lethali veneno non ſolum homines ſibi caveant ſed etiam pecora arceant. Harum enim aquarum plurima proveniunt undique genera à quibus non minimum detrimentum hominibus accidit. Idem.

QVemadmodum etiam hic in foſſa quadam contingere videmus, in qua quercus metallarem quandam naturā concipiunt, quod quidem non adeo mirum videatur cum notorium ſit feſtucas quercinas in aquas impactas ferream induiſſe naturam, ac ſi eo veſtitæ fuiſſent. Hinc crebro circumferuntur fruſta

frusta quercina in lapides indurata, in quibus adhuc lineas fibras & colorē perſpicere licet, quale fruſtum adhum mecum habeo ex dono Cæſ. Majeſt. Medico Doctiſſ. Carolo Duſio, quod in rivo Vngariæ in flavam quaſi picem commutatum fuit, quales palos adhuc hodie videmus. Vt enim Vitis ſuam humiditatem, ita & palus ſuum bitumē attrahit, quæ quomodo contingant doctis cogitandum relinquo. Georgius Marius de ſalſulis in Offenauvv Heydelberg. Exciſ.&c. 1584.

EOdem modo invenimus aquas quæ ligna impoſita in lapideam duritiem contingunt, quod quidem provenire non poſſet quā ex hujuſmodi lapidum reſolutione, qui ſua ſubtilitate lapidum poros penetrantes concreſcunt & lapidis naturam aſſumunt.

Vnde in aquam berilli ligna impoſita ſpacio 6. hebdomadum lapideſcunt. Item erva & fabæ concreſcunt eodem modo, hæ enim aquæ partes vacuas quæ in omni re ſunt plurimæ permeāt opplent & penetrant res, quaſi color vel tinctura pannum quæ in eo permanet & retinetur. Nam omne lignum, omnis faba vel legumen, ex parte fere dimidiata vacua & inania eſſe deprehenduntur. Ergo par-

tes illæ vacuæ opplentur isto ſucco & liquore & cum tempore coagulantur concreſcuntq; in lapideam duritiem. Et paulo ſupra. Sunt aquæ de natura contraria. Ita Adimas lapis duriſſimus, alias gemmas omnes ſuperat & vincit. Sic aqua ejus,& liquor omnes gemmas indurat. Contra alabaſtrum emollit adimantem, pro varia reſolutione lapidum,&c. Th.de aquis.

IN Vngaria Ruſtici ſuo tempore in fontem Zipſer nomine, ferrum imponunt quod corroſum in fornacem conjectum ſubito in purum cuprum transformatur, nec ad ſuam naturam unquam redire poteſt. Similiter in Kuttenberg marchaſitam fundunt, & ferrum in cuprum mutant, quod non ſolum bonitate præſtat, ſed etiam malleo magis eſt tractabile. Th.Tinctiv.phyſ.

HÆc autem omnis concretio à ſale oritur qui omnia & ligna & lapides contingit, & ſine hoc nil indureſcit. Hinc ſequitur ſale reſoluto in media aeris regione, & decidente in aliquam rem,neceſſariam eſſe indurationẽ in lapidem. Quod quidem multo manifeſtius

eſt

eſt ſi fabæ, aut alia legumina in aquam ſalſam inijciantur. donec exſiccentur, ibi enim liquido apparet lapidis naturam ea legumina aſſumere. Hinc cauſa ejus experientiæ ſumere licet, cum nempe fabæ in terra ſalſa lapideſcũt. Nam in eo agro, flos ſalis, ſeu potius fulminatio exiſtit, quæ totum fundum permeat. Cui ſi pluvia ſuperveniat, quæ florem ſalis diſſolvat, merito omnia ſata in lapidem concreſcere debent, quod in fontibus eadem de cauſa provenire prædicandum eſt.

In his enim fontibus ſal diſſolutus per ſe concreſcere nequit, ſed corpore quodam indiget cui cohæreat & penetret. Vnde quodcunque compræhenſum lutum, lapidem, &c. in duritiem vertit, quod in cote manifeſtum eſt indicium. Th. Tractatu 2. de Element. aquæ cap. 4.

HInc tanta virtus & energia in piſcibus carnibus, &c. à ſale oritur qui ea conſervat in ſua bonitate, & ne putreſcant prohibet. Sal vero Enixus vulgo elixir & Eſſentia, omnia incredibili tempore conſervat, & ligna in eo lapideſcunt, folia remanent viridia, denique quicquid eo aſpergitur nullam mutationem

tationem ſuſcipit, adeo ut merito balſamus conſervationis nominari debeat. Th.de ſal. comm.

NOn abſimili modo natura in terræ viſceribus liquorem ſalis continet, à quo etiã nitrum oritur, quique in ejus cavernis & ſpecubus in ſtirias ſalis abit ex quibus artificioſe ſal ad cibos nitrorſus præparatur & ſal petræ vulgo dicitur quod petris connaſcatur. Idem.

ITaque omnes gemmæ & prætioſi lapides generantur ex ſubtilitate terrena, nempe ex tranſparente Chryſtallino ſulphure, ſale & Mercurio, & ex differentibus eorum coloribus. Viliores vero lapides ex aquæ ſubtilitate oriuntur, nempe ex muſcilagine mercurij ſulphuris, & ſalis quod quidem ipſo ſenſu manifeſtum eſt. Si enim lapis in aquam fluentem ponatur, ei ſtatim muſcilago quędam adhæret & ambit quæ ſublata & in cucurbitam poſita calore ignis in verum lapidem non minus ac ſilex in aqua concreſcit. Th.de Metamorphoſi.

Cum

CVm itaque omnia mineralia ex ſale concreſcant ſive ſint malleabilia, ſive lapides aut gemmæ, aut aliæ æris ſpecies, & duritiẽ ex ſale habeant & eo ablato omnia aquea eſſent, merito ſequitur ex ſalis colliquatione in aquam reditus. Itaque quod ſalem reſolvit ſine corpore, ſpirituale quiddã eſſe debet, & hinc omnia quæ terræ ſubijciuntur (metalla nimirum) in conporeas aquas commutantur. Idem.

MAteria ex qua pluvia oritur, eſt ſal ignis, ſine alia commixtione, quiq; reſolutus eſt eo modo quo ſequitur. Sicut ex ſemine lignum, & ex aqua lapides creſcũt ita in pluvia ſal, qui eodẽ modo creſcit, ut in lapides concreſcere poſſit. Th. lib. 5. de aquis.

ET ſicuti autumno vinum aſpectui quidem purum & incorporeum in dolium purum primo infunditur, in fine vero anni plurimum ſalis, tartari & fæcis in dolio reperitur: ſimiliter in vino aqua. Sic etiam in ipſo aere corpus quoddam in pulmonibus adhæret inſtar fumi ſublimati, aut ſpiritus ſalis, aut in reverberatione

tione ad parietes adhærens. Th.de asthmat. Mineral.lib.1.cap.3.

INsuper alia quoque tartari contingit concretio,ut in exemplis patet de aquis quę pisa in lapides commutant, ligna in cotem,similiter aliquæ pluviatiles. Sic in homine & hæc reperitur proprietas tanquam in microcosmo,non lapidosa quidem,sed sicut pisa lapidosa. Theophrast. lib.1. cap.11. de Morb. Tartares.

FRigore quoque gulæ tumorem concrescere scribit. Hunc Ligures Taurini paulo corruptiore voce Gutturonem dicunt: Vestrates,opinor,Gos. Tu gulæ herniam scitissime: Nostri Barbari Bocium gulæ: Græci,unde tu tuum,bronchocelen. Addis: à Lacunalibus aquis gigni: æque egregie. Sed ubi subtilitas hic? Principio non omnis lacuna gignit hoc. Præterea non omnis aqua frigida. Nullum tale vitium in Syria, in Africa, Arabia,Persia,India,Troglodytica:de cujus aquarum mirabili frigiditate satis supra dictum est. Item universa Germania inferior, Sarmatia, Scythia, Nortvegia libera est. Et ex Lacunis

bibunt Arabes, bibunt Lybies; è gelidis Iſſandij. Nulli tamen ibi Gutturones. Celes hujus cauſam eſſe aquam cum ex alijs locis manifeſtum eſt, tum ex ea parte agri Taurini, quæ Valdocca, id eſt, vallis anſerinis appellalatur. In eam regionem qui commigrat, nemo diu vivit. Multis gula turgida fit. Eorum, qui naſcuntur ibi nemo caret eo malo; pene omnes & amentes, & inepti ad loquendum, Id ab aqua fit è nivibus liquefactis, quæ multum terreſtris & crudi continet. Crudum igitur repugnat reſolutioni. Gutturis hæret muſculis, & glandibus terreſtre quod propter aqueum ſeſe inſinuavit: ibique concretum dureſcit. Idcirco qui ad Alpes habitant, & Pyrenæos, atque in Arueruis, hoc patiuntur. In locis autem frigidioribus nives rarius, at ſerius ſolvuntur: & quæ ſolvuntur, puſillo temporis ſpacio cedunt, alijs cito ſubituris. Iulius Cæſar Scaliger in Cardan. Exercit. 60.

DE Myrrhinis ita ſentio: Ea fuiſſe, quæ nūc dicuntur Porcellanæ. Et mox. Quemadmodum vero fiant, atque unde importentur, ſi ſcripſero, ſpero ijs, qui hæc ignorant, atque otioſi fruuntur alienis laboribus, non ingratam

gratam rem facturum: præſertim cum hiſtoria hæc haud vulgaris ſit,& cui multa miracula attribuantur.

Principio picturæ, quæ vix apparent, ſi luci objeceris, emergent viſui lucuienter: aciem ſpacia reliqua tranſmittunt. Deinde quantum juſcula intus occuparint tantum cale fieri: vicinas partes non cale fieri. Hæc ſcimus nos, cum haud paucas extare comperiſſemus adhuc inter miſeras reliquias veteris ruinæ Scaligerorum. Quare tertiam quoque vim experti ſumus. Vnius fragmēta nacti, ex duobus colliſis fruſtratis ſæpe ignem excuſſimus noſtra manu. Quartum addemus ex ſuperſtitione, atque impoſtura mercatorum. Negant veneno poſſe infici: diſrumpi enim. Fiunt hunc ad modum. Ovorum putamina, & marinorum conchas, umbilicorum porcerllanæ ſpecies horum ſunt, unde & nomē. In tenuiſſimum redigunt pollinem, quem aqua ſubactum vaſorum facie in formant: ſubtusque terram condunt. Centeſimo anno pro perfecto effodiunt, ac venale opus habent. Quod eorum vitæ ſupereſt, hęredi teſtamento, trans ſcribunt. Quotannis conficiunt, atque infodiunt, referuntque tempora in commentarios, ex quibus eruunt matura. Ex provincia China optima advehuntur. Alij putant: non vaſa,

vasa. Horum precia cum & opes, & patientiam, postremo etiam fidem excederent, novo ingenio tam belle imitati sunt in insulis Majoricis: ut sæpe difficile judicatu sit, utra vera, utrave adulterina. Profecto nec forma, nec specie, nec nitore cedunt: aliquando etiam superant elegantia. In Italia nunc audio tam perfecta venire, ut cuivis cassitero, quod ibi vocatur Peltrum, anteferatur. Ea corrupta una litera, à Balearibus, ubi dicuntur excellentissima fieri, Majolica nominantur. I. Cæsar Scal. in Card. Exerc. 92.

CVm alioqui multę reperiãtur nullo prorsus sapore præditæ, ut Lucenses S. Ioannis, Pisanæ, Senenses, quæ corneti dicuntur, & eæ, quas in Magnesia, & Arcadia scaturire testis est Aristot. 24. Sect. Problem. 16. tum &, quarum mentionem fecit Vitruvius 8. Architect. cap. 3. quas omnes fervidas scaturire certum est, cum alioqui & gustui suaves, neque sapore ullo præditas conspiciamus. Ludovicus Septalius in Hipp. de aere aquis, &c.

VErum non aliunde falsissima hæc opinio promanavit, quam ex male intellecta ratione, qua ferreæ aquæ dicantur, aut metalli alicujus participes. Venio enim & ipse in eam sententiam, aquas non eam suscipere ferri mixtionem, quæ corrasa substantia aliqua in fluxione fieri solet, hanc enim rerum cum aqua mixtionem inutiles fere aquas reddere ad potum dicebamus: non negandum tamen est ex materia ex qua concretũ ferrum in subterraneis generatur, dum adhuc fusa est, nec in ferrum concreta, & vapores elevari posse qui concreti in aquam tandem vertuntur, quę postea ferreæ dicũtur, & si eodem modo subsistat argentum, aurum, æs, plumbum, argenteæ, aureæ, æneæ, & plumbeæ nuncupantur. Cum vero metalla calore genita non nisi frigore condensentur, aquæ quæ à metallis denominationem habent, non nisi in matrice generantur; non autem in locis ubi concreverunt metalla: à loco enim ubi sub sunt ignes, ad alia loca frigidiora, tanquam per venas funduntur liquida metalla, quæ postea à frigiditate terræ condensantur. Quocirca aquæ illæ cum longiori tractu ferantur & per loca, ubi metalla jam concreta sunt, aut a-

ctualem

ctualem (quod ajunt) caliditatem amittunt, aut certe minus multo calidæ redduntur; secus quam in ijs accidat, quæ aut sulphuratæ, aut bituminosæ sunt, quod è materia calidiori, & admixtis multis exhalationibus fiant, subsistente majori calore, quasique adurente. Quapropter mirari satis non possum, recentiores quosdam, qui de aquarum ferratarum temperamento agentes, statim ferrum concretum considerant, quod frigidum esse, & ea ratione tales etiam aquas suas reddere probant. Idem.

AT quæ mixtionis tertio jam dicto genere, improprie compositæ sunt, cum abraditur portio aliqua metalli, & aquis commiscetur, acerrimæ sunt, & æris potius excremētis refertæ, aut chalcanthosæ dici debent, quā æneæ; qua ratione fit, ut quamvis adstringentem habeant facultatem, cum tamen igneæ sint, & acribus admodum excremētis refertæ, ubi assumantur, facultatem excretricē ventriculi, & intestinorum stimulant, quemadmodum in salmaticis aquis usu venire videmus: de ijs excrementitijs aquis, quales in Cypro esse legimus, Locus est Razes: quales etiam in

Perside, de quibus fortasse experimentum sumpserat: In ea enim Regione inter Crermam, & Cobinam insignia Oppida tales se observasse scribit Marcus Paulus Venetus in suis itinerarijs, quas alvi profluviũ inducere scribit, quemadmodum quæ in Cypro sunt, venenosas, & corrodentes esse experientia docuit. Aquæ vero, quæ ex terra nascũtur, ubi argentum, aut aurũ nascitur, quamvis minores noxas epotæ, dum sani sumus, quam aliæ thermales aquæ, inferant ob puriorem materiam, ex qua componuntur, in quotidiano potu vituperãtur etiam quod ob adustam materiam, & admixtas exhalationes, & sulphurosas partes, & æstuosæ sint, & difficile excernantur. Ex auro tamen (ut & hoc obiter annotem) etiam liquato non olevantur ita vapores, ut admixtionem auri eum aqua faciant, sed solum ex præexistente materia auri vaporibus mixta aquæ hæ compositæ producuntur: quo etiam fit, ut nõ tot, tantasq; illis virtutes tribuamus, ut balnearij scriptores fecerunt: neq; tamen cum Fallopio, & alijs eas negabimus, quod aut durior sit auri, aut argenti materia, quam ut mixtioni aquę par esse possit, cum non ex corrasione metallorum, sed ex vaporibus ab illis colliquatis, aut à præexistẽti materia calefacta elevatis aquas metallicas thermales fieri docuerimus. Et mox.

Sæpius

SÆpius tamen Græci ſcriptores cum thermarum,&aquarum calidarum mentionem faciunt, ſponte calidas naſcentes intelligunt. Sed ne iſte quidem unius ſunt generis: aliæ enim ſunt calidæ & actu,& potentia, ut ſulphureæ,bituminoſæ,& hujuſmodi,quæ tepētes ſunt,calidæ, & ferventes quandoque ſcaturiunt: aliæ calidæ ſolum potentia,frigidæ actu ex terra promanant: aliæ denique è contra calidæ quidem actualiter ſcaturiunt, calefaciendi tamen nullam habent potentialem (quod ajunt) virtutem,quas etiam neque medicatarum, neque mixtarum nomine dignamur: neque ſub ijs, quas hoc loco vituperat Hippoc.comprehendi putamus: illas enim ad bibendum ſanis ineptas eſſe ſcribit Hippoc. duras, æſtuoſas, & difficulter tranſeuntes ob mixturam, quam habent; hæ autem ſine ſapore ullo,aut odore, atque ideo ſine noxa omni bibuntur,qualitatis omnis,præter caliditatē unam illam, expertes,ut frigefactæ continuo eſſe potui poſſint in ſanitate, quales in Ægeſta Siliciæ eſſe ſcribit. Strabo 6. Geograph. & in Lariſſa,Troade,Magneſia, Melo, Lyppara, quas negat Plin. medicatas eſſe libr. 31.cap.6. quales apud Vitruvium lib.8. cap.3.

ſunt illæ, de quibus ita ſcribit : Sunt etiam nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua ſapore optimo , quæ in potione ita eſt ſuavis,ut nec fontanalis à Camænis,nec Martia ſaliens deſideretur. Rariſſimæ tamen ſunt aquæ, quæ calidæ ſcaturientes , non etiam & mixtæ, & medicatæ dicendæ ſint : quemadmodum etiam medicatæ, & mixtæ à natura raro reperiuntur, quæ frigidæ ſint omnino: quæ ſi aliquæ frigidæ emergunt, id potius accidit, quod per longum terræ locum feruntur,ubi non ſubſunt ignes, à frigiditate autem terræ in contrariam qualitatem trauſmutantur. Et mox.

LAudantur itaque fluviales aquę quæ laudabili terræ genere, & felici cæli aſpectu dulces è largo fonte emergunt, & copioſę, & citato curſu, & longiſſime fluentes, patentibus, & Solis expoſitis alveis, ſaxoſis, ſed & multa glarea vivoque ſabulo conſperſis, quę non recipiant multarum aquarũ, potiſſimum mixtarum defluxum; quo fit, ut rarę admodum reperiantur fluviales aquæ, quę probandæ ſunt omnino, quod raræ conſpiciantur ijs conditionibus inſignitæ. Nilum laudavit antiquitas, & noſtra ætas id probat. Perſarum re-

ges

ges Coaſpis,& Eulei aquas fluviales habebāt, quas ſecum, quocunque tenderent in peregrinationibus circumferrent. Tiberis noſtra ętate, aqua prętantiſſima habetur, non ſtatim tamen, ſed ſubſidente prius arena, purgamentisque omnibus hydrijs ad id paratis: quas etiam non ſecus, quam Perſarum reges illi ſuas Eulei,& Coapis aquas ſummi Pontifices Romani, quocunque irent, curarunt ſecum afferre purgatas. Et mox.

QVod docet etiam Plinius lib.2.cap.103.ubi autumno mare ſalſius eſſe teſtatur: Et Ariſt.2.Meteor.ſalſiuſculas autumnales aquas pluvias aſſerit, quod ob vim Solis magis attractæ ſint in æſtate dulces partes: craſſiores aũt, & ſalſiores remanſerint: ex quibus etiã cum elevãtur vi Solis tenuiores partes, cum eæ pauciores ſint, ſimul etiam craſſiuſculas elevari, & ſub ſalſas oportet, contra hyeme. Sed ſalſedinem maris relinquentes, ad id, quod hoc loco de Sale docet Hipp. exponendum accedamus. Sal aut eſt naturale, aut arte factum, id eſt, quod ex fontibus, lacubus, & puteis ſalſis vi ignis cõficitur. Illud vero itidem duplex, vel minerale, ſive foſſitium, alterum vero marinum, quæ hoc loco ab Hippoc. dicuntur, in

fossitio nullam habent veritatem: est enim id tanquam terra adusta, & incinerata, in qua sapor salsus inesse solet, sed in marino, quod vi radiorum Solis parari solet: aqua enim marina, tum æstuationibus: tum determinatis quibusdam flatibus, in littoribus ejecta, vel etiam aliquo modo corrivata, & locis ad id vel arte paratis, vel natura constitutis recepta, tandem solis calore, æstivo tempore adeo condensatur, ut saxorum naturam sæpe emulari videamus: quod certe non alia sit ratione, quàm ea, quæ tradita est hoc loco ab Hippoc. Sol enim subtiliores partes sursum elevans, & continuo consumens, crassiores, & graviores relinquit, quæ cum terrestres sint, aerisque, & aqueis destitutæ partibus, tandem densantur, & in salem transeunt. Verum cum crassiores essent, ab initio nō ita facile concrescere possunt, nisi aliqua aqua pluvia illi jam collectæ admisceatur: ut docet Plinius lib.2. cap.103. viam enim aqueis crassioribus partibus ad evaporationem patat. Quod si non ita crassæ alicubi marinæ aquę reperiantur, per se vi Solis sine aqua pluvia in salem mutari possunt: quod ars naturæ imitatrix observans, ex salsis fluminibus, & puteis salmaticis salem elicere capiens, nec vi radiorum Solis præstare valens, quod subtiliores aquæ cum sint minus terrei

terrei in ſe continentes, nec ita ſalſæ, Solis radij omnes partes ſurſum attraherent, vi ignis longa coctura ſalem elicit, evaporatis ſubtilibus partibus, cæteris ſalſis, & craſſioribus magis incraſſatis, & in ſalem concretis. Quod igitur ſuperius Hippoc. dixerat aquas pluvias tenuiſſimas, & leviſſimas eſſe, quod Sol quod tenuiſſimum & leviſſimum eſt in aqua, ſurſum rapiat, & ex ijs vaporibus aqua pluvia generetur, ſatis experimento ſalis, eſt hac particula comprobatum. Idem.

Metallorum autē quales fieri poſſint impreſſiones in aquis naturalibus, jam explicabimus: ſi quæ prius intelligenda ſit natura metallorū in terris declaratum ſit. Quod hac potiſſimum ratione proponendum eſt; quod cætera fere mineralia prædicta, reperiuntur aliqua ex parte, ſi non in totum perfecta in mineris ſuis; utpote purum ſulphur in ſulphurarijs, ſal in ſalinis, imo totus alicubi mōs exquiſite ſal eſt: ita & alumen, & chalcanthū, & bituman, & reliqua, quæ diximus media Mineralia: quę ipſiſſimas ſuæ naturę qualitates in aquis imprimunt. At Metallorum, hoc non eſt dubium, quod vix milleſima pars reperitur exquiſite talis naturę in quoque metallo:

tallo: ſed ut plurimum lapis eſt, eaque inepta res aquarum impreſſionibus; aut ſuccus diverſus admodum ab eo metallo; aut lutum, aut terra & aqua, aut ſulphuris, ſalis, ſimiliumque id genus miſcella. Itaque haud immerito dubitatur de harum impreſſionũ natura, qualis ſtatuenda ſit; ut auſi ſint quidam hodie ob eam ſubjecti indiſtinctionem ſcribere, nullas reperiri in aquis metallorum impreſſiones. Qui propriam hac in parte ignorant vocem: nam ſi eſt metallũ in terris, & ſi eſt aquis liber excurſus in quanque terræ ſpeciem, aut venã, aut metallum incurrerit: neceſſario alibi aqua naſcetur metallica, ut re vera naſcitur ſicut ſul phurea, & ſalſa aliqua; ita & aliqua ferrea, aliqua ænea, & aliorũ metallorum. Erroris ergo iſtorum, qui negaverint ſenſum, hæc fuit cauſa, quod non diſtinxerunt, quemadmodum diſtinguendum eſt, qui nam intelligeadum ſit earum impreſſionum ſubjectum in metallis ipſis: an metalla ipſa ſolida, & perfecta; an ſoluta potius ipſorum principia. Et rurſus de his principijs, ut ſunt diverſæ eædemque veriſimiles omnes aurhorũ opiniones, an quatuor ipſa elementa intelligenda ſint, an aqua potius & terra, an cinis & aqua, an ſulphur & argẽtum vivum, an fortaſſe hujus naturæ ſpecialis miſtura: quorũ omnium impreſſiones in

aquis

aquis possunt esse diversæ, plus & minus, vel nulla tenus metallicæ. Nam si has ex metallis solidis impressiones intellexeris, eo scilicet modo per naturam fieri, quo nostra opera interdum aquam ex chalybe candenti conficimus, aut ex auro, aut ex argento; hoc quidem modo perexiguas admodum ex quoque metallo fieri impressiones in aquis invenies. Nã si quæ solidæ alicujus metalli glebę in suis mineris reperiantur (ut quæ argenti frusta, aurique, atq; æris alicubi dicuntur eruta) eæ paucissimæ reperientur, ac plane ob contumaciã substantiæ, vix ullã aquis, quæ ipsas naturaliter incurrant, impertire valent qualitatem. Ac eo minus, quod in mineris terræ non possunt eæ partes perfectæ, ac solidæ lapidis instar, vehementiã ignis experiri, itaq; intimas aquis communicare qualitates, ut ex arte chalibeatis rẽddimus aquas: quinimo ut plurimũ minerę ipsę calliginosum potius obtinent habitum quam ignem, in multis calorem temperatum, in alijs exiguũ, in alijs nullum. Atq; hactenus fortasse intellexerunt hi nullas reperiri metallorum impressiones in aquis: quæ res dictu est absurdissima, quandoquidẽ vel nulla sunt in natura perfecta metalla (quæ scilicet nõ artis indigeant aliquo supplemento) vel certe paucissima eorum pars, ẽaq; extra propositum dispu-

ſputationis noſtrę, qui impreſſiones quęrimus ex mineris prout reperiuntur in natura ſua. Solutorum ergo principiorum impreſſiones in aquis dicemus eſſe intelligendas non metallorum perfectorum. At ſi per hęc ſoluta principia, elementa ipſa cœperimus, ut quidam ſentiunt; remotam nimis cauſam dabimus. Baccius Elpidius de Thermis libro 6. cap. 1.

CAmpus lampideus Gallie Narbonenſis campus eſt, centenum ſtudiorum diametrum habens, lapidibus qui ſinguli manū impleant pleniſſimus: ſub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli ſuppeditatur ubertas. In medio ſalſæ ſcatent aquæ, ſalisq; vis magna. Vniverſa circumadiacens ora, ventis expoſita eſt: validiſſime autem Melamborij venti procellis infeſtatur: quo ſaxa ipſa volvi traduntur, hominesque ex curribus excuti, & vi ventorum armis, veſtibusque nudari. Hujus rei originem ad hujuſmodi referunt fabulam: Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filijs pugnantem, quum deficientibus telis in vitę diſcrimen veniſſet, Iovem patrem oraſſe, ut ſibi tela adminiſtraret: ſtatimque imbrem lapideum ea in loca decediſſet quo

quo gigantes fuerunt interemti. Vide de hoc plura apud Strabonem lib.4.

GEntiana, vulgo Cruciata dicta vel S.Ladiſlai Regis herba: à Ladiſlao, Vngariæ Rege primo, qui ſancti cognomen adeptus eſt propter Tardarorum ex Vngaria expulſionem. Eum autem ferunt primum tota Vngaria à Tartaris pulſum in Daciam ſive Tranſylvaniam profugiſſe in nrbem Claudiopolim ſine Coloſvvar: iſtic cum opulento & prædivite quodam Lanio amicitiam & familiaritatem cōtraxiſſe, cujus factus ſit compater. Hujus auxilio, qui illi expenſas perſolvit, Tardaros denuo adgreſſus, eis totam Vngariam ademit. In bac Tartarorum fuga, eum nummos aureos quos ex præda collegerant, Aradienſi campo abijcerent, ut inſequentes Vngaros remorarentur, precibus à Deo contendit, ut aurum in lapides converteret: Votum eventus ſequutus eſt. Inde factum putant, ut Aradienſis ille campus planis lapillis abundet qui aliquando aurei nummi fuerint. Hujus autem Regis tempore graviſſima peſte afflictam univerſam Vngariā ajunt: eum precibus à Deo obtinuiſſe, ut quamcumque ſtirpem ſagitta ab illo in altum emiſſa cadens ferret, utilem

ad hanc lucem curandam præstaret. hanc in cruciatam decidiſſ referunt quæ deinde ſubditos peſtis contagio liberarit. Carolus Cluſius Nomenclator Pannonicus in Indice litera G.

PORRO (vel, ulterius) media via in montem quemdam pervenitur cujus in vertice utraque urbs, Ieruſalem puta & Bethlehem ex æquo proſpici poteſt. Introrſus vero ſpatioſa quædā vallis ac ſcrupuloſa ſalebroſave, nihilo tamen minus, vini ac frumenti ferax. In qua dextrorſum ad viam, ager (cicerū agrum vocant) qui nomen tali quapiam de cauſa invenit. Fertur aliquando Chriſtus illac iter habuiſſe atque in virum quemdam cicer ſerentem incidiſſe quem cum rogavit Chriſtus quidnā ſeminis tum ſereret, non dubitavit ille reſpondere lapillos à ſe conſeri. Quo audito Chriſtus reſpondit. Ita eveniat quemadmodum à te dictum eſt, utque dixiſti te ſementem facere ita etiam metas. Autumnali ergo tampore cum verum cicer lecturus putaretur, meros lapillos legit, eadem tum forma tum magnitudine. Quoquo modo ſe res habeat: illud tamen affirmare poſſum cujuſcemodi cicer, hodieque in agro illo reperiri.

Nam eum cum præteriremus, è nostris quidam ingressi non exiguum numerum collegerunt lapillorum qui magnitudine, forma, & cæteris, cicer illud, quod Arabibus Ommos, Latinis Cicer arietinum dicitur, referebant, ut à vero cicere non facile distingui possent. Leonhardus Rouvvolff description. peregrinationi in Syriam, &c. parte 3. capit. 22.

SAl enim omnium rerum semen esse primarium alibi ostẽdemus. E semine etiam omnia ortum ducere, non est difficile persuasu. Mare autem facile in se coire, & corporescere & densescere, sales ex eo concreti indicant aperte, & quod Scalier asserit, spau tam Hyrcani partem ad quingẽtos interdum passus prope litus in salem concrescere, non tamen excurrere ut Strabo dicit, Gallum militem qui ibi fuit, retulisse. Ostendemus autem postea nos, quæcunq, in mari tam rararum specierum fiunt, ex maris concretione fieri. Præterea salsnm factum est mare ideo, ut terram subiens in sales facilius converteretur. Vnde tot mineralium, fluorum, lapidum, metallovum, species confierent. Quorũ omnium

sal

ſal primaria eſt origo. Deinde ut per terras percolatum, potabileque factum, dulcibus omnibus aquis ortum daret; lacubus, fontibus, fluminibus, puteisque, ut ijs, quæ ſub terra vitam ducerent, tum etiam ijs quę ſub terram viverent, uſui eſſe poſſent. F. Patritius fol.127.

NOvem illa rerum genera, quę in terra, & fiunt, & habitant aquæ concretę fluores terræ compactę, lapides, metalla, plantę Zoophyta, animalia, homines. Si dicamus ex terra fieri, id erit comprobandum. Antequã comprobetur, terra neceſſario fuerit cognoſcenda. Terra ergo quidnam eſt? Nam terram ſimplicem nos quidem, neque cognoſcimus, neque agnoſcimus, cum eam nullibi reperiamus. Nam & marmor ipſum, & gypſum, & ceruſa, non carent humore, quo ſunt coglutinatæ. Quid ergo arena illa alba, ſola ne, quia gluten non habet, terra erit? Nos non tam pauperem terram ſuſtinemus ſit nobis terra (ſi modo arena non ſit lapillus minutiſſimus) & arena, & ceruſſa (nam gypſum forte lapis natus eſt) ſi omnis etiam colorata, & incolor terra, terra ſunto. Omnia hęc terra complectatur. At tandem terra ſui eſſentia quidnam eſt?

eſt? id nimirum totũ quod & durum & molle ſimul eſt ſive cum glutine,ſive ſine glutine ſit ullo. Durum autem id apello, quod tactui reſiſtit,&tactui non reſiſtit,terram eſſe ſtatuimus:quodque impreſſionis tactus veſtigium, & recipere & ſervare poſſit. Quod tamen à ſui primordio, tale ſit factum à natura & non ſit ex alio confectum, ut cera, ut caſeus,ut caro,aut alia quædam talia non pauca.

SVmmatim terra eſt, quod natura ſua primæva,tactui cedit,&non cedit. At talis terræ eſſentia, fluorisve illius primævi, pars eſt ulla? an & ipſa fluore illo conſtat? ſtatutum enim jam eſt,unum è corporum principijs fluorem eſſe? At terra fluere nequaquam viſitur, ut aqua & aer fluunt. Quoniã ergo terra non fluit, fluor non eſt. Terra ergo corporum omnium,ſola invertit ordinem, qnãdoquidem omnia fluores ſint,ipſa ſola fluor non eſt. At & ipſa fluor eſt compactus. In fluorem enim vertitur calore. Docet id Magiſter ipſe Metoro 4.cap.6.Funditur vero, & lutum & terra.

At videndum utrum omnia corpora adhuc ſint fluores, an vero à principio tantum fuerint? profectò, alia adhuc fluores ſunt, alia ex fluoribus ſunt confecta. Nam & ſtellæ omnes & ipſę ſol & luna, ex fluoribus quidem denſatæ, & concretæ ſunt: fluores tamen adhuc non permanent. Sic de terra dicendum: & ipſam a principio fluorem extitiſſe, nunc vero non amplius eſſe.

Fæx enim illa per aerem, & aquam in minutiſſimas atq; atomas conciſa partes, quaqua verſum volitabit, non aliter ac in vino novo, fecoſum quod eſt, per totum curſitat, & quæ vel reliquæ illorũ ſunt corpuſcula atoma, quæ per ſolis radios volitare cernimus, vel ab hac fece ſint modo ſecreta, certe in aere videmus motu in conſtantiſſimo habitare, & curſitare. Nec minus, in aquis, quantumvis puriſſimis, ac limpidiſſimis, ea videmus ineſſe, & quæ ſi quieſcat aqua, in fundo reſidere cernimus.

Talis ergo, in elementis aere & aqua, à primordio fex minutatim volitãs verbo, mẽtis conditricis, in unum eſt poſtea redacta locum, ex qua omni, eſt terra cõſtituta. Dum ergo elementorũ fex, in atomis adhuc eſſet, pars fluoris erat. Et cum eo in ſimul & ipſa fiuebat.

At

At poſtquam Conditoris juſſu, in unum eſt redacta locũ, fluere, deſijt: & in ſe denſata conſtitit, nõ tamen primævæ ſuæ originis memoriam penitus abolevit. Nam ſi qua data porta, etiam nou fluit. Nemo neſcit lateres è terra, & aqua conflari, ij in fornacibus ut durentur excoquantur. Eorum qui igni proxima ſunt, non ſolum aquam quæ eis ineſt ut reliqui omnes in fumũ abeunt, ſed etiam ſolvuntur, & liquefiunt, & fluunt. Quæ res quotidiano conſtat experimento, cinis, Ariſtotele docente, terra eſt, is cinis vitrarijs fornacibus injectus, prius fluor fit, deinde vitrum. Patritius

---

QVæ res teſtimonio ſunt, terreum omne vehementi igne, in fluorem poſſe verti Terra ergo omnis, ſi nõ fluor eſt, fluxilis tamẽ eſt, qua è fluore primævo eſt conſtituta, & in fluorẽ funditur. Et ſi actu ſemper fluor nõ eſt, ſemper tamẽ potentia fluor eſt. Nam cum lateribus illis, ſi arena, ſi pulvis adſit, etiam fluit. Hæc experimẽta, oſtendunt evidẽtiſſime, terræ eſſentiã ex fluore eſſe, ab initio conſtitutã, & fluorẽ, eam eſſe compactam, & in fluorem ſolvi poſſe, neq; unquã vel intus, vel extra ſejungitur de fluore, ſemper .n. pars ejus quæq; vel aquæ vel aeri, vel fluori alicui in ea genito eſt conjuncta. Idque à conditore ſuo, ſapien-

tissime est factum. Nimirum ut aqua quæ fluor semper esset, semper etiam flueret, neque à suo munere unquam desisteret, nunquam tamen difflueret, ne se ipsa. Et ideo cum suis non posset alienis coerceretur Terminis: & terra quia fex erat, dispersa, ne iterum dispergeretur, & in nihilum fere rediret, glutine opus habuit, quo in se contineretur, & consisteret. Tum etiam quia fex erat crassa, & iners, & nihil, ut aliquid posset ex se proferre, fluoribus suis, & intus immisceri extra operiri opus habuit ut mutuo videlicet cōplexu munita sua omnia, à conditore sibi inuncta obire posset. F. Patritius de Naturæ principijs & pansophia, &c. fol. 153.

SIc Nessa inter Rossiam & moraviam Scotiæ regiones Lacus ac fluvius, quos nunquā congelari referunt, bituminis abundantia (calidius enim est quam Sal) non sulphure: fit enim bitumen ex sulphure madefacto, cum calore proprio, jam aqua concocta fuerit: commodus vero est lacus hic, & fluvius jumentis & navigationi, hyemis tempore. Est & in eadem Insula regione Butania, juxta Dovernam amnem, oppidum Slanis prope mare, atque ibi antrum, in quod aqua influens, in candidissi-

diſſimum lapidem vertitur: & niſi eximeretur, jam antrum oppleviſſet. Hæcque ſunt naturæ opera.

Lacum eſſe in Norvegia apud Nidorſiam metropolim, qui nunquam congelatur, tametſi frigidiſſima in regione ſit: pinguis enim cum ſit, concreſcit ſed non congelatur, quemadmodum & oleum. Cardan. Varietat. lib. 1. cap. 7.

ESSe igitur plurimas in una Concha, haud dubium eſt: cum tanta parvitate ſint & copia, ut libra dimidiæ unciȩ auri pondere commutetur: itaque ſi ſingulæ in ſingulis ſolum matricibus generarētur, infinitum numerum matricum colligi, oporteret: nec tam vili pretio ex India vectæ diſtrahi poſſent, tot vectigalibus prȩſertim tam longo itinere, tot per manus, tot periculis. Itaque non aliter quam in gallinis ova, quædam abſoluta & magna: ſed ea unica, mediocria aliquot, exigua abſq; numero. Quod vero non ex concha tenui oriri poſſint, ſed oſtrea, & illud demonſtrare poſſumus, quia è tenui gignuntur materia, quæ concoctione validiore indiget: ſed hæc non niſi ſub craſſiore, imo etiā denſo cortice poteſt generari. Ex oſtracorum igitur genere,

matrices erunt. Sed & intus matricem ſplendidam eſſe neceſſe, quod & viſus docet, & quia ſimile nō niſi à ſimili fit, & quoniam quæ ſunt ejuſdem partes affinitate quadam junguntur. Generari vero in teſta non in carne, ſubſtantiæ primum ſimilitudo oſtendit. Viſa etiam eſt margarita, teſtæ ſuæ juncta: deinde non in tanta copia gigni poſſent, ſi in carne generarentur. Neceſſe eſt etiam jungi teſtæ, ne excidant: nec tamē duriore materia: avulſæ enim frangerentur. Ob id etiam teſtæ illarum intus inæquales ſunt. Et margaritæ ipſæ forma diverſa, pleræque tamen ad rotunditatem vergunt: & quo majores fuerint, referunt eo limbo eſſe propinquiores. Conſtat in oceano ubique inveniri poſſe, cùm & in meridionali plaga tanta ſit illarum copia, & ſub ſeptentrione in Scotia plurimæ inveniantur. Et mox.

Sunt etenim & ipſæ candidæ, rotundæ, lucidæ, ut Indicæ, ſed ſplendore tamen & magnitudine Indicis inferiores. Et mox. Ex Boethio.

SVb auroram enim cælo ſereno, temperatoq, in aerem ſe, donec capitibus aqua exiſtant ſublevantes, roridum liquorem oſcitatione avide excipiunt, pro concepti ſeminis: multitudine, partu aut exili aut grandi futuro.

Senſus

Sensus illis tam acutus ineſt, ut ſi altiorem in littore aſtans vocem emiſeris, aut lapillum quantumvis minutum in aquam conjeceris, repente ſe ſubtrahentes ſubſidant univerſæ. Ea enim illis theſauri cuſtodiendi naturalis indita eſt ſolertia, haud ignorantibus videlicet quanti ſit prætij apud mortales, luxus ex fœtu ſuo comparatus. Itaque piſcantes quoque id maxime obſervant, ut primo attractu teſtas conjunctas arctiſſime detineant, protinus illis alioquin unionem evomiturus,&c. Cardan.de Varietat.lib.7.

CVm ergo diſſolutio fiat aut ob tenuitatem ſubſtantiæ,quam efficit frequens deſtillatio:aut ob qualitatis exedentis exceſſum, quam habet acetum acre ac potens : neceſſe eſt,ut eo perveniatur potentiæ, ut etiam ab aceto ſæpius deſtillatio molliores lapides colliquentur,inter quos coralli ſunt. Sunt enim molliſſimi pretioſorum lapidum,itemq; margaritæ.Non igitur omnes,neque ab omni,neque ſemper : ſed ut in his, quorum magnitudinis exceſſus requiritur. Et mox.

Card.lib.10.Variet.

MArinum littus diverſas profert lapidum formas, ut nulla alia orbis pars, nō montes, non alvei fluminum. Cauſa triplex eſt: prima, quod cum multi ſint in imo maris mōtes, omnium genera mare quotquot in illis generantur lapidum, æſtu ſuo in littus reijcit. Multa etiam generantur vi ſalſedinis ac motus, quæ omnia temporis ſucceſſu, ſeu per æſtum, ſeu fatiſcente mari, in littore relinquuntur: nam ſal cogit & nutrit lapides, quod pinguis partis plurimum habeat, & ſiccet, ac excalefaciat: motus autem, ſpumam gignit, quæ arenæ mixta, diverſas lapidum generat figuras. Præterea multæ ſunt partes animalium, ut oſſa, dentesque, tum cortices, lapillique in piſcibus geniti, tum plantarum etiam quæ in lapides tranſeũt, ut radices, folia, fructus, trunci, cortices, lacrymæ, velut ſuccinum, quæ omnia motu (ut dixi) & ſalis natura lapideſcunt. Quamobrem tot variæ formę, tot genera, tot mirabiles lapides in littore maris inveniũtur. Card. Variet. lib. 5.

IN monte qui prope Brutios omnium altiſſimus eſt, vertex calveſcit lapide albo & redivivo,

divivo, & qua parte Brutios ſpectat paſſim videbis (inquit leo Baptiſta Albertus) diffractos lapides, refertos ſigillis conchyliorum marinorum, non majoribus, quam ſit vola manus. Satis affectate deſcripſit hoc, ſed non tam apte. Oportuit enim id, quod verum eſt, docere: ſcilicet lapide ſubcreſcente loco ſublati, atq; is redivivus eſt, non ex vetuſto, niſi, ut à limine dicimus, conchas olim relictas vi lapideſcentis loci, cum hæ vere redivivæ ſint, in lapidem tranſeuntes imaginem ſuam prodere, figuramque retinere: nam & frondes intra marmora idem ſe vidiſſe teſtatur. Idem ibidem.

SVnt vero metallica omnia, facilioris tranſmutationis, quam reliqua: imperfectiora enim velut ſal & halinitrum, ſulphur & bitumen, calchantum, & chalcitis, & miſy. Chryſocolla quoque adeo alumini vulgari, quod rochæ vocant, convenit, ut ex lotura antiqui aluminis chryſocolla fiat. Cum vero de chryſocolla alias locuti ſumus, quæ arte conficitur, de naturali nunc dicemus. Ea eſt materia quędam aquea, quæ in auri, argentique fodinis, nonnunquam etiam æris invenitur. Ita ut quandoque aqua ipſa metallis juncta quod

terrea ſit atque tenuis, metalla flare cogat atque jungat. Card.lib.4.Variet.

AQuæ Maſereph ſalinę,ad mare mortuum ubi tempore excreſcit & exundat, maris aqua in alveos quoſdam influit vel igni vel ſolis ardore in ſal excoquunt. fol. 2. Chriſtianus Archidanus de Theatro terræ S. ex Ioſua cap. 11. & 13. Vbi quomodo arena ad Tyrum in vitrum,&c.

IN Theſſalia Græciæ,Iſmaſar amnis eſt, undas adeo gelidas habet is, ut lignum vel quodvis aliud immiſſum, confeſtim in lapidem convertatur.Cornelius à Iudæis deThea tro orbis terrarum. Tabul.de Græcia. conſula & alia loca,&c.

POteſt ſal ex rebus omnibus extrahi & prępipue ex lignis nominatis, animalibus & herbis, ſed cum virtute ſua & herbæ proprietate,&c. lib.5. cap.3. F.Portus, phytognomicon.

Legu-

LEgumina sæpissime incoctilia nascuntur, prope ea nascitur orobanche, quibus addita, cocturam accelerant (Acetosa carnibus & alijs incocta elixationem subitam promovet. Mizaldus) ex Dioscoride. Idem Portus cap.2.lib.3.& Item cap.10.lib.2. Vid.& Magiá naturalem cap.2.lib.14.& passim alias.

PRæcipua his quidé ferri materia, sed aqua ipso ferro violétior: quippe temperamento ejus ferrum acrius & durius redditur: nec ullum apud eos telum probatur, quod nõ aut Bilbili flu. aut chalybe tingantur. unde etiam chalybes fluvij hujus finitimi appellati, ferroque cæteris præstare dicuntur. (Nota chalybs ferrum forte dicitur, vel acierum Scaligero.) Iustinus lib.44.

Est fons apud Ginetri castrum, sexto lapide à VVienna, semotum, qui à culina ad molettrinam currit, per ligneos canales, in quibus si quid imprimas vel sculpes, altero die lapidem invenias cum impressa cõcretum effigie, ut nos subinde vidimus. Item de aqua quæ 6. lapide à Grationopoli per civitaté Dievenens. currit. citat is Ovid. Strabon. Senecá, Plutarchum.

chum. fol. 93. de Pulmonibus callosis & pituita vitrea, &c. Nicolaus Montuus in itinerario, & de admirand. facult. fol. 10. Et mox. Lapides & metalla & mineralia ab aqua vel vapore humido passo & sicco terrestri & utroque ex vi minerali & calidi, & frigidi adminiculo concrescit. Ita gemmæ, Cryställ9, &c. ex purissimo humido, &c. Montuus in Itinerario.

Viva calx, quæ ex carolinis thermis effoditur, pisorũ plane effigiem referens, cætera verorum instar pisorum, folliculos, siliquas & valvulas exprimit forinsecus per omnia bivalues. Porro moles subinde accrescit & indies major evadit, propter aquæ calcariæ alluvionem & inhęrescentiam, non secus quam nivea pila sensim per accumulationem accrescit & candela sebacea ex frequenti intinctu & lapis in vesica per laminarum appositioně incrementum sumit, &c. Et mox, docet quomodo ex cuculo nisus, serpente draco, ex eruca Elio cantharus, ex quo papilio, ex ligno lapis, &c. Fiant. I. Mathesius de mineralium incremento & decremento, &c. Vide eundem de ollis vel testaceis vasis subterraneis.

Scien-

SCiendum omnia metalla & minerala ex ſalium ſpiritibus, ſuam ſoliditatem & ſubſtantiam compactam nanciſci & aquirere: ſive talia corpora ſint malleabilia, ſive nō, cum lapides, gemmæ, aliaque ſimilia, ut oſſa, ligna, &c. omnibus enim hiſce ſua durities, & ad tactum renitentia accedit, ob ſalis principium & præſentiam, quod omnia corpora una cum alijs duobus ingreditur (quando ex tribus primis omnia conſtare, ſpargirica declarat) ijsq; conſiſtentiam & ypoſtaſin contribuit. Quare ſi ſal nō eſſet in rerum natura, tum omnia metalla omnes lapides eſſent ſubſtantia liquida, fluida, fuſaque. Quandoque igitur conſtat, aquam ex ſale ſoliditatem adipiſci ſuam, & omnia reliqua corpora ſolida concretaque exiſtant ex cauſa ſalina, nitrorſa vel tartarea, fecali, &c. manifeſtum ex his & evidens fit, quòd ex ſalis liquatione & deſtructione, metalla & lapides poſtliminio in aquam abire reſolviq; ti phtora, quæ ti geneſi eſt oppoſita. Sal igitur principalis eſt cauſa, hujus negotij, unde ſupereſt doceamus, quid nam id ſit. quod deſtructionem ipſi ſali inducat Eſſe vero id tale oportet, ut plane corporis omnis expers ſiet, & quaſi ſpiritus quidam penetrantiſſimus qui

poros

poros corporum ſubire poſſit, & res integras ſolidas duras conpactaſque pervadere à concretione vindicare, & in aqueam liquidamq́, ſubſtantiam reducere, quas aquas rectè ſuccoſas & corporales, vel materiales appellare licebit, en clavem, qua res indurantur & reliquantur. Theophraſt. Tom. 4. fol. 376. de Aquarum natura.

ANno ante Chriſtum natum 413. circiter quadringenteſimo decimo tertio, ad Biſortam, prope littus maris, dens genuinus, vel maxillaris repertus, quem gigantis fuiſſe judicant, qui mole & magnitudine ſua centum alios communes excideret. I. Heroldus in ſuis de prodigijs & oſtentis mundi.

ITa Felix Platerus, Medicus Baſilienſis, os ingens Lucerna ſibi allatum, oſtendere ſolet, quod in pollicis manus, acie ſecunda, ſi rectè memini, collocatum erat, & hoc à giganteo corpore profectum eſſe, credibile eſt. Sceleton in charta expreſſum, ſecundum oſſis hujus proportionem vaſtiſſimum deſignari curavit ingenioſiſſime. Supra ex Geſnero de dẽte non aureo ſed lapideo, V. Altrovandi teſtimonio vivo, dictum eſt, uti & foſſilibus alijs dentibus cadaverum quorundam, &c.

Divus

DIvus Auguſtinus, de Civitate Dei cap.9. lib.15. refert, ſe una cum alijs quibuſdam ſocijs ſuis in Vticenſi litore, molarē hominis dentem vidiſſe tātæ magnitudinis,ut conciſus & diſſectus,ætatis ſuę hominū centum dentes efficere poſſet. Vide Sabellicum Ennead.j.de Cranio repto ſub arbore,ab operarijs in Creta Inſula.Fulgoſium lib.1.cap.6. de oſſibus juxta Valentiam in Narbonēſi Gall. repertis humanis,triginta pedes in dimenſione habentibus. Bocatium lib.4.c.68. de genealogia Deorum, Elegantem hiſtoriam recitātem, de giganteo corpore Drepani in Sicilia in antro ſubterraneo invento, in cujus manu fuſtis conſpectus eſt,qui malum ingētis navis excederet, plumbea cuſpide amentatus 1500.libras pendente. Porro 3. dentes, ſcribit indicibili mole, repertos qui libras 6: & amplius ponderabant, hos in fano Drepanenſi collocatos, ex ferreo filo ſuſpenſoſque, ſpectari, non citra admirationem ſummam, &c. Porro totum ſceleton prope in cinerem ob vetuſtatem redactum erat,ex attactū militum, qui magna manu animoq; trepitanti iſtum ſpecum ingreſſi ſunt, &c. de Antuerpienſi gigante ad ſcaldim flumē olim habitante,nota eſt hiſtoria, quem vectigalia iniqua & ingentia extorſiſſe à traijcienti-

cientibus id flumen, referunt hunc, miſeris viatoribus, ſi forte telonium non perſolviſſent, alterā manum detruncaſſe crudeliter in pœnam, qui tandem à vicinis ejus loci victus, domitusque & ipſe juſtas luit pœnas, altera manu reciſa & in ſcaldim amnem abjecta. cujus rei in perpetuam memoriam pro inſignibus gerunt manum amputatam. & urbi nomen creditur inditum Hantvverp, quaſi handt & vverffen projectio manus, &c. Vide præterea Fulgoſium, Plinium, Philoſtratum, Plutarchum, Strabonem, Solinum, Herodotum, & alios. ſupra Gorōpium, & Ioan. VVierum in obſervationibus de Virgine quadam à Quartana in gyganteam molem deductam. Vide & Cardan. & Scaligerum, qui Mediolani in publ. noſocomio Iuvenem vidit, tantę proceritatis, ut ſtare non poſſet, cum vero jaceret duos lectos ſimul junctos explebat, nam, ſubdit, ad craſſitiem & robur alimentum deſiderabatur, &c. Vide Io. Marlum de Galliarum Illuſtrationibus, qui meminit gigantis cujuſdam ſceleti trās Rhodanum, Valentiæ. ego olim Monſpelio aſcendens apud Dominicanos in pariete cum alijs, vivam picturam gyganteam ſpectavi non citra ſtuporem.

Craſſum

CRassum hoc,:tum accervatum, tum collectum (de vesicæ lapide tractat) cum semel aliquando, non excretum. quando oportet, diutius intus manserit, principium tum coitionis, tum coagmenti systaseos suscipit: factoq; ejusmodi principio, reliquum quodcunque rursus in vesicam pervenit, crassum hoc affirmatur, fitque major prorsus lapis, veluti in rebus externis, tum calidis sponte nascentibus aquis, tum in vasis in quibus aqua quotidie calefiat, concrecrescere (synagma dicitur) videtur. Crassities ergo urinarum generandis lapidibus, tum primam: tum maximam causam habet: caliditas autem etiam moderata, materiæ hujusmodi adjuvat generationem. In calidis denique sponte nascentibus aquis etsi symmetris tepidiores sint, coalescere e videntur tophi lapides. Galen. in 6. Epid. Com. 3. paragrapho undecimo.

ET iterum. Fiunt autem materia crassa quidem & prorsus viscosa, quæ crassi plus & viscosi habeat vel utraque æquali. Si itaque ex pituitosa & viscosa sola & crassa coagmentatio fiat: cinereus in color. Cæterorum

porosorum lapillorum colori haud dissimilis, qui in calidis nâtura aquis videntur, fere ubique lapidibus adhærescunt, atque alibi in vasis, ubi calefit aqua. Fit interdũ, & ex purulenta humiditate, aut ex purulenta & pituitosa permixta, in animantis corpore, talis tophaceus lapis, quomodo in his qui articulari morbo laborant, &c. Vide Hipp. de N.hum.vict. ratione acutorum, libr.catatopus de arthritide. Hipp.4.de Morbis, de aeribus aquis & locis, & in primis Card.Lalamantiũ, Septalium, F.Valesium, Fineum, Fœsium, Zuingerũ, &c.

ITalia & Hungaria fontes habent, qui omne quod immittitur animal enecant. reperiuntur alij adeo Corrosivi ut spatio 24. horarum, equi ferramentum dissolvant & consumant. Sunt alij, qui ferrum omne in ęs vertunt. Malmundarij in ditione leodiensi, fons est, cujus aqua certis anni mensibus, in lapidem pumici similem vertitur. Philipp.Gaeringus de Spadano fonte.

AQuam m[illegible]m per incoctionem dulcem effici Cassius Iatrosophista problemate 64. docet. Obijcit H.Iunius, quod id verum non sit, ratio enim & experientia contrarium docent. Exhalat dulce tenue & subtile,

tile, crassa parte subsidente, nisi per destillationem, id intelligat, ubi in fundo, salsus & gravis quasi sapor manet, & quod est subtile attollitur. Cassius Iatrosophist. Vide Al. problemat. & Galen. I. simplic. de crasso & teuni in vino succis, & rebus alijs, &c.

NEc minus in aquis quantumvis puriss. ac limpidissimis, ea videmus inesse, & quæ si quiescant aqua, in fundo residere cernimus, &c. Idem de terra quomodo verbo (ô admirandum pectus, dixit & facta sunt, quod vocat ea quæ non sunt, quasi essent) Architectatricis Mentis in locum redacta sit, &c. Item de cinere & latere quomodo ignibus, dum urgentur, fluant. consulatur Zoroaster. Hermes, Hippocrat. philo, &c. arena item est petra comminuta in minimas particulas. Ita cerussa gypsum, id est, marne. F. Patritius peri pan, Cosmias de substantia terræ, fol. 152. Vbi P. Telesium Philosophum novum citat, cujus opera prostant, qui ex sole & terra omnia demonstrat· mobili & fixo. masculo & fœmineo. calido, frigid, lucido, opaco, &c.

Aquæ medicatæ & minerales, & metallicæ vires ſuas habent ex metallorum primis mineris, quæ ſunt illorum prima origo, radix & quaſi germen ac matrix, & ſunt quaſi embryo vel fœtus tener & recens editus, id eſt, immaturum metallum in ſubſtantia liquida & ſpermatica, nondum indurata & perfecta per metallicam & corpoream coagulationem. optima igitur metalli pars, id eſt, anima, ſpiritus, tinctura (ſubtilior nempe & ætherea) cum aquis illac permeantibus commiſcetur, facili promptaque impreſſione, aquæ dulces vim illam mineralem concipiunt ac cum ijs uniuntur. hoc igitur pacto aquæ minerales & metallicæ inaudiendæ ſunt, & non quando præterlabens aqua ex præcipiti ſæpe, & alto montium decurſu & alias, ſecum vehit ſquãmas & ramenta, vel arenam ex auro, argento, cupro, plumbo, antimonio, lapide lazuli vel armeno, & ſimilibus. Aquæ hujuſmodi valde improprie minerales dicuntur, quando in rei veritate, in ſe tale nihil continent & habent. Non tamen inficias imus, quod tales aquæ indicium non obſcurum faciant, in ijs locis reperiri metalla. Ita Rhenus, Albis, Araris, Tagus aliaque flumina non ſunt, aquæ medicatæ vel

vel minerales, & si secum aliqua ramenta deducant, per canales & catarractus alveosque defluentes. Insuper constat aquas medicatas & imbutas mineralibus istis sub tilitatibus ac exhalationibus, plerumque limpidas, pellucidas, clarasque existere, id quod non contingeret, ubi admixtio corporalis substantiæ adesset. Quare illas potius eligamus maxime ubi intra corpus assumendæ fuerint. Interim non omni plane efficacia & virtute destitutæ sunt aquæ istæ secundæ, sed ad primas comparatæ longe inferiores, ignavioresq; esse judicãtur. adde quod in externis affectibus istę aquæ corporales usurpantur. Ex his etiam notum fit, quomodo fiat, aquas quasdam medicatas, turbidas & crassas existere, quasdam vero liquidas purioresque inveniri. Taberamontanus de acidulis cap. I.

AD Rheni tractum non longe ab oppido Poppart dicto, pagus est, qui Saltzingen vocatur à sale scilicet, in eo fons est, qui acutum & acrem quidem saporem habet, si gustetur; ex hoc tamen vel minimum salis excoquere licet ob impressionem nempe tenuem, subtilem & spiritualem, talisque aqua optime cum istis exhalationibus salitis permixta est &

dum ad ignem coquitur, facile omnis vis ſalis expirat, ſecus vero de corporalibus aquis ſalitis comparatum eſt, poſt quorum incoctionē verum ſal, & uſuale relinquitur & colligitur. Ita vix drachma una, vel ex immenſa aquæ ſalinoſæ ſpiritualis copia reliqua haberi ſolet. Et hoc obſervandum eſſe ſciatis in omnibus reliquis aquis, tam corporalibus quā ſpiritalibus. Idem cap. I. de ſalſulis & paſſim in iſto opere, &c. Vide ſupra Torneſium & Elpidium, Fallopium, &c.

LVtum huic tranſmutationi aptius eſt viſcoſum: hoc enim continuativum eſt. In ripis quoque Geon viſa eſt terra, quæ videtur in lapides converti in ſpacio 33. annorum: De aqua autem fiunt lapides duobus modis. Vnus eſt quod congelatur aqua guttatim cadens. Alius quod deſcendit de aqua currēti quiddam quod reſidet in ſuperficie fundi aquæ illius, fitque lapis. Sunt enim certa loca ſuper quæ aquæ effuſæ convertuntur in lapides, qui diverſorum colorum ſunt, & aquæ quæ ſurſum acceptæ non congelantur, quæ ſi prope alveum ſuum funduntur, congelantur fiuntq; lapides. Scimus ergo quod in terra eſt vis illa mineralis quæ congelat aquas.

Prin-

Principia igitur lapidum vel fiunt ex substantia lutea, vel viscosa, vel ex substãtia in qua vincit, quæ virtute quadam Minerali congelatur, vel vincit in ea terra faciens eam coagulari.

Eodem modo sal armoniacum congelatur, sed nõ sufficit ad salem vis terrea permutare: sed adjuvat ipsum calor. Calor autem adveniens coagulat ipsum virtute occulta: & fortasse fit ex terra frigida sicca, & ex aqua fit terra, cum vincũt eam qualitates terræ, & è converso. Est autem res quædam, qua utuntur quidam ingeniosi cum volunt rem siccam coagulare, quæ componitur ex duabus aquis, & dicitur lac virginis, quod est ejus effectus certissimus. Fiunt ergo lapides ex luto per calorem solis, vel ex aqua coagulata virtute terrea sicca, vel ex aqua calida desiccata.

Similiter quoque quædam vegetabilia, & quædam animalia convertuntur in lapides virtute quadam minerali lapidificativa, & fit in loco lapidoso vel disconvenientia subita quadam virtute, quæ exit à terra in hora terræmotus quæ convertit in lapides, quod cõsequitur in illa hora hæc transmutatio corporum & animalium vegetabilium, & quæ propinqua est, ut transmutatio aquarum.

Eſt autem impoſſibile quod aliquod complexionatum totum convertatur in unum elementũ & elementata tranſmutata ad invicẽ tranſeũt ſic in dominans. Vnde quod cadit in ſalinas fit ſal: & quod in ignem fit ignis: ſed quædam citius & quædam tardius, ſecundum potentiam activarum, & reſiſtentiam paſſivarum. Et ſtatim.

Eſtque locus in Arabia qui colorat omnia corpora in eo exiſtentia ſuo colore. Panis prope Toratam in lapidem converſus eſt, remanſerat tamen illi ſuus color. Sunt talia mira quia raro accidunt, tamen cauſæ eorum manifeſtæ ſunt. Sæpe tamen etiam lapides fiunt ex igne cum extinguitur: quia ſæpe contingit corpora terrea & lapidea cadere cum coruſcationibus: quia ignis fit frigidus & ſiccus ex ſua extinctione. Et in Perſia cadunt etiam cum coruſcatione corpora ærea & ſimilia ſagittis hamatis, & non poſſunt liquefieri, ſed per ignem evaporari in fumum cogente humiditate, donec reſiduum ſit cinis. Cecidit quoque apud Lurgeam, fruſtum ferri ponderis centũ Marcarum, quod præ duritia ſua fere erat infrangibile, miſſa tamen eſt ejus pars Regi Torati, qui præcepit enſes inde fieri. erat autem

infran-

infrangibile & infabricabile. Dicunt tamen Arabes quod enſes Alemanici, qui optimi ſunt, de iſto ferro fiant.

Cum autem ceciderit maſſa illa, illa reſiluit aliquotiens à terra, ut pila erat: quia compoſita erat ex minutis fruſtis ex hærētibus ad invicem ad quantitatem granorum magni milij.

Similiter huic rei cōveniat apud terreſtres. Sic ergo fiunt lapides, quorum ſiquidem generatio, vel erit ſubito per magnum calorem accedentem luto unctuoſo], aut paulatim per multum temporis. Avicenna de congelatione lapidum.

Hieronymus Mercurialis de Excrement. libr.1.cap.2. Rufus, inquit, Epheſius in primo lib. de appellationibus partium corporis definivit urinam eſſe humiditatem nitrorſam, in veſicam delabentem. Quæ definitio nimis univerſalis eſt, præterquam quod nitrū quomodo in corpore noſtro fiat, aut humiditas nitrorſa non eſt facile invenire. Et mox.

Sequuntur differentiarum à ſaporibus ſumptarum cauſæ: & primo ſalſedinis, quæ videtur urinæ, ac ſudoribus eſſe maxime propria, cujus cauſam hanc aſſignavit Ariſtot.2. problem.3. videlicet, quod pars dulciſſima & le-

vissima tota in nutrimentum transit: pars vero alienissima, ac terrestris relinquitur, quæ sero commista salsedinem inducit. qua ratione Medici quidam qualis fuit Paracelsus, dixerunt urinam esse ciborum sal. Rases & alij Arabes Medici putarunt salsedinem urinarum, & sudorũ effici ex mistione salsæ pituitæ cum sero, aut ex calido, & humido terreo. Nos vero dicimus etiam ex vaporibus calidis & siccis commistis humiditati potulentæ hujusmodi salsedinem generari, perinde ac videmus mare salsum fieri ex hujusmodi calidis & siccis evaporationibus.

QVod igitur salsedo sit terra incensa, aqua admixta, recte quidem opinatus est: sed unde adveniat mari tanta multitudo terrearum partium, & insuper quæ sit caussa incensionis earundem partium terrestrium, non recte videtur sensisse. manifestũ est igitur quod aqua marina multo ponderosior quam aqua fluvialis, propter terreas partes sibi admixtas. Manifestum est etiam quod salsus sapor inest aquæ, ex solis terreis partibus sibi admixtis: nam & similiter ipsum vinum saporem suum habet ex terra sibi admixta: quod probatur ex eo, quod in quadam regione vinum

in utribus ſuſpenſum ſupra ignem indureſcit in modum ſalis,ſumiturq; in potum admixtũ aquæ in modum vini,& inde eſt, quod vinum ponderoſius eſt aqua dulci : & quanto fortius eſt tanto plus ponderis habet. Vniverſaliter etiam dicit Ariſtoteles:omnes varios aquarum aut quorumlibet liquorũ ſapores, eſſe ex terreis partibus admixtis : ex quo patet omne ſaporis genus eſſe in terra : omnesq; ſapores aquarum fluentium in terra,aut etiam fructuũ quæ etiã ex terra naſcuntur, indubitanter eſſe ex terra:quam omnia ſaporum genera conſtat in ſe habere. Eſt enim terra caloris receptaculum,ſi contigerit prius calorem in eam egiſſe, ut eſt videre in cinere & calce. VVilhelmus Aneponymus dialogo de ſubſtantijs, de mari & aquis.

QVod autem ſal ſit genus terræ incenſę,ſicut & calx & cinis,probat Ariſtoteles argumẽto tali; ſunt enim calami in quadam regione,quibus incenſis, cinis eorũ miſcetur aquæ dulci:quæ aqua ad ignem poſita,poſtquã aliquandiu bulierit, poſtmodum infrigidata, induręſcit,& fit ſal. Nam & in quadã regione ſal effoditur à terra; eſtq; in terra fodina ſalis, quemadmodũ & metalli. Poteſt etiam urina fieri ſal propter terreas ſibi partes admixtas,

quæ

quæ ab interiori calore corporit animalis incensionem contraxerunt. Quam ob causam etiam sudorem corporis salsum esse constat. Idem ibidem.

Dicit ergo Aristoteles, vapores qui sunt in aere, descendere inferius, & admisceri aquæ maris, eamque efficere salsam. Nam & similiter accidit in quibusdam locis terram fieri salsam, quæ prius dulcis erat, si vapor terreus & salsus descendens ab aere incidat in eum, fitque sterilis terra illa propter salsuginem sibi advenientem, quæ prius sterilis non erat: non tamen credendum est, omnes vapores terreas qui sunt in aere, salsos esse, sed quosdã ex eis; eos scilicet qui fiunt ex majori incensione. hujusmodi autem est vapor ex quo fit ventus meridianus, qui dicitur Auster, sive nothus: & similiter ventus orientalis, qui dicitur Eurus. Idem.

SI maritima sit Civitas & sal defuerit, liquor è mari sumptus, per alveos aliaque pocula diffunditur qui à calore solis, in salem induratur. Quod si hostis ab unda fortassis prohibeatur arenas quas excitato vento mare pro fuderit: aliquando colligant: & aqua dulci perfundant: quæ sole siccata nihilominus in Salẽ

muta-

mutabitur. Vegetius Renatus lib. 4. de re militari. Vide infra Bruminum de re cibaria ex Polybio & aliam historiam de Carol. V. de Salibus. Vide lib. 6. cap. 8. Speculum Vincentij ubi citatur liber de aluminibus & salibus. Qui scit salet & ejus solutionem & coagulationem, scit magnum secretum. Porrò Salamoniacus vulgo Salmiax, aliorum quasi rex est, fixus in igni Spiritus volatilis & penetrans Elixir. V. Sal enixus.

PLato metalla ex aqua orta esse dicit, quod & confirmat Scaliger: alij per aquam Mercurium intelligunt. Fontibus & locis quibus quibusdam lithopietica vis lapididica inest. Et infra. Certa sunt loca & fontes, in quibus facile lapidescunt ligna & alia quædam in eos projecta. Hæc sane alibi remanebunt integra, non vertentur in lapides, &c. Et alibi scio ex veteribus quosdam putavisse metalla ex aqua maxima sui parte constare, quia ab igni funduntur, at ex sola aqua esse nunquam putarerunt, &c. Th. Erast. 3. parte Disp. Item de Metallis, qui ferri lapides molles & pingues qui instar butyri feruntur se habere asserit, ex quibus nihilominus ferrum ab igni, extrahatur durum & optimum, &c.

Quod

QVod autem humor materia metallorum merito statuatur, qui sit etiam à frigore concretus, vel hinc intelligere licet: quod à calore liquentur, & fluxibilia reddantur, cum autem hic humor unctuosus sit, quemadmodum earum rerum periti dicere solent, facile non separatur à partibus terrenis, sed est cum ijs optime commistus, & plenius concepit earum qualitates: quæ quidem terrenæ partes humidum illud terminant, quēadmodum ipsi dicunt, nec illud alijs siccis adhærere sinunt. N. Biezius in Physicis.

ANnis superioribus contigit in Lotharingia in aula, Illustris ac generosi domini Passon Pierre ut Equa Hispanica eximia, præstansque, mense 13. post admissuram, morte extingueretur, in cujus matrice fœtus loco, mola lapidea prægrandis inventa fuit, non sine multorum, tum admiratione, tum dolore summo. Magna enim spe plerique ducebantur, sub mensem 12. quomodo communiter parere solent, pullum indolis generosæ, & à matre minime degenerem, dum utero gestaret, sub sequutarū, quando interea temporis, nulla alia abortus, vel alius periculi suspitio suboriri

ſuboriri peteret, acroama de Præceptoris Illuſt. dominorũ filiorũ Friburgi, &c. 91. De molis fæminarum in 2. parte tractabimus. N.

AGros leguminoſos & quaſi fabis, orobis & piſis lapidoſis inſtratos & conſitos videre eſt prope Beffordiam in Alſatiæ finibus. Item in ditione Ieſtemiana, nõ longe à Schaffhuſia. Porro ex Lithopiſis iſtis, Opt. ferrum parari, fundique ſolet, id quod ſupra de agro cicerũ Bethlehemitico dici forte etiam poſſe credibile eſt. Ita aquas tophaceas vidimus nõ procul à Leffingen, Bollam verſus ubi balneũ innotuit paucis aliquot hinc ab annis, apud VVutt, dictum flumen. Vbi aqua ex tubo effluens ſubjectum monoxycon, totum incruſtavit poroſo lapide, &c. Ita circum Badenas helveticas, Tigurum, Eggliſovv, Engen, aliaq; vicina loca viſuntur aquę, quę omnia vel in lapides convertant, vel ſaltẽ foris poroſa Subſtantia incruſtant obducũtque. Andernaci & alijs varijs in locis talia obſervavimus. N.

IMo antiquiſſima conſuetudo eſt, puram & crudã decoquere: nã ex coctione per experientiam intellexere, ſi contemerata eſſet, aut terrea.

terrea, sequestrari heterogeneas partes, & purificari: si pura, aut cruda, per ignē victa contumacia tenuari. Quamobrem scientissimi naturæ interpretes, ac Medici, ad quorum artem hęc maxime prudentia pertinet, cum notas electissimæ aquæ assignant, unica eam simplicique hac conditione definiunt, ut aeri sit quam simillima. Nam hæc prima est de aquæ bonitate conditio, ut sit aerea, cæteræ hanc consequuntur, ut quæ splendida sit tenuissima, & levissima, valdeque alterabilis, unde facile ac cito legumina percoquat & carnes. Quæ omnia tenuitatis atq; aeris indicia sunt. And. Baccius Elpidius, libr. 1. cap. 6. de Thermis.

ACceptanda est Palladij conjectura de æstimatione Aquarum, quæ est omnium certissima ratio. Incolarum, scilicet regionis illius salubritatem nosse oportere. Nam si sani incolæ degant, faucibus bibentium liberis, capite, pulmonibus, thorace in fontibus, si venter indolens, nulla aut rara in præcordijs, renibus, vesica, causatio, dignum oppido, inquit, ac certum de salubritate aquarum, & aeris quoque illius indicium habebitur. Nam multæ habentur potabiles, & jucundæ suavitatis,

tatis, & tamen aliqua insigni malitia vitiosæ. Quales bibuntur in Cillera valle sub Alpes, & in sudera valle Rhetiorum, in Picenis ad Callium, in Æquicolis, & multis alijs Italiæ locis, quæ singulæ gutturosos faciunt bibentes. Et calculos longo tractu Eridani aquæ efficiunt: exilientes in puteos fiũt meliores. Caput plerasque lædere in Campania, & in Troezeno omnes pedum vitia sentire, testis est Plinius. Aliæ voces indigenis faciũt stridulas, alijs graves. Canoras reddit voces fontium natura quædam in Balearibus Insulis, Vitruvius. Et breviter omnes affectus, dispositionesque alicui loco peculiares, nativam sæpenumero loci illius aquarum proprietatẽ habent in causam. Nec minus diligentis curæ esse debet, quod monuit Columella, illustris Agricola, ut quarumcunque experimenta tentanda sint, mense Septembri ante æquinoctium autumnale id fiat. Siquidem tunc maxime vires fontium explorari, quum ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluviali, qui minus eas in judicio synceras reddit.

Idem cap. 7. Et mox.

COnglaciare vero aquas, eſt quædam aquæ paſſio, atque exceſſus, teſte Ariſtotele. Alexandro autem in quæſtionibus naturalibus, corruptio dicitur, eo argumento, quod ubi ſemel concreverit aqua, nunquam poſtea in priſtinam redit ſubſtantiam, humido jam ferme corrupto, qui cum quicquid haberent clarum, & leve, & dulce amiſerunt, quod vero turbidiſſimum & ponderoſiſſimum relinquitur, introducta ſiccitate. Quamobrem, ut uſu conſtat Galeno authore, hæc illis inſunt vitia, concoctionem impediunt, urinam cohibent, thoraci, pulmonibus, & ventriculo adverſantur, nervos multifariam lædunt, convulſiones, flatus, cruditates & pleuritides gignunt. cap. 8. Idem & ſtatim.

ET primo quantum attinet ad Ciſternas, apprime laudabuntur imbrium aquæ ſi è ſubgrundijs tecti ad unum compluvium ſelectę, per lapides, ac fictiles canales in ciſternam indantur. Quæ enim ex areis etiam ſilicatis, colliguntur, putrem quādam exuſtionem ſolent conducere: ac pejores quæ per medios ſtratarum inciles cōtemerantur. Tubi fictiles

aquas

aquas perducunt puras præter cætera: & cum canales tolerentur, ut fieri solent de ligno è tecto pensiles: hi tamen non modicam gustui ingratitudinem pariunt, ex muciditate ligni, quam postea contrahunt. Prudenter vero, quæ per fistulas metallicas leguntur, cavendæ sunt ob æruginem quam concipiunt, bibentibus æstuosam, ac intestinis sua acritate noxiã. Ex tegulis autem plumbeis, minus vitij aquas concipere, quidã hodie scriptores existimant. Vsui siquidem eas esse Gallis, & Belgis, & Pannonijs, & toti fere Germaniæ: adeoque si lædantur nonnulli, id aquis ipsis inquiunt, non tubis vitio vertendum. Veruntamen miror hujus authoris paradoxon: nam cum nos sciamus eas omni ætati fuisse damnatas, haud temere obtrudenda posteris nova opinio est. Vitruvius cum vidisset has communi cõsensu damnabiles, vix aliud argumentum de earum malitia habuit, quam à cerussa; quæ cum ex plumbo fiat, peracetum in levorem converso, præfocativaque spirituum sit, ac visceribus multifariam noxia; pariter nec ejus materiam vacare vitio arbitratus est, ac propterea qui in ustrinis plumbi lapidem fundunt, squalenti facie esse: & paucæ vitæ. Elpidius lib. 1. cap. 7.

ET ob hanc ipſam cauſam, videmus in antiquitatibus urbis Romæ, quod ſub prima illa artium luce, plerumque tubi aquarum ductuum ſubterranei, de plumbo fiebant, qui radiorum ſolarium expertes: nihil ejus generis vitij contrahere poterant. Propterea neque in æreis, neq; in plumbeis hydrijs ſervanda aqua: quanquam ſi urcei ſtannati ſint, virus æris eo litum obducitur, ut communi uſui Plinius atteſtatur. Sed aut vaſa fictilia ſunto, ac multum capacia, cujuſmodi nunc Romæ utuntur, quas virtinas appellant: Alexandriæ item & in tota Ægypto, ubi fluviales condunt, & clarificant aquas. Idem.

QVales audio probari puteales aquas juxta Padum, juxta Danubium, juxta lacum Traſimenum, juxta Benacum, & alibi. Et contra è dulcibus fluvijs vitioſæ certis locis transfunduntur: quales hic in urbe Roma noſtrorum puteorum aquæ: quæ tranſcolantes è Tyberi fluvio, qui dulcis eſt natura ſua, & lectiſſimæ aquæ; tamen in puteis duræ, ac inſuaves pluri ex parte redduntur: Tum vitio ſoli naturali, quod totum eſt tophaceum, & puteolanum, & ſalſum, tum accidentali ex cæ-

mentis

mentis antiquitatum, ac latrinarum ſimul,& cloacarum ſine fine occulta illuvie, quæ ipſas contemerant. Quare unius putei aqua minus hic vitioſa reperitur,quam alterius. Bononiæ autem putei uſu ipſo viſcera gravant, atque oppilant:vitio ſoli,quod gypſum eſt,& eadem latrinarum deſtillatione: quæ procul dubio in omnibus magnis civitatibus, communis cauſa de malitia putealium aquarum eſſe poteſt. Ideo ſitus non parum facit ad bonitatē: nempe,ut putei editis locis ſint collocati, unde altiſſime veniant ad libramētum fluvij, ſubdio ſint,& in celebri præſertim vico,ut frequenti haurientium concuſſu agitentur aquæ,ampla atque veteri ſtructura. Idem.

ALuminoſas item eas ponit Cælius Aurelianus,& item Scribonius Largus author medicus,quem eximie Galenus commendat. Paulus item,&Aëtius,& alij quos dicā poſtea. Hodie vero nos,qui multa adhibita diligentia has aquas recognovimus;ex inhærentibus rebus deſtillationisque experimento, ac operationibus,Aluminoſas ſimiliter eas ſtatuimus, cum partibus ſalſis, ac abſterſorijs, unde & per alvum ebibitæ purgant,& per urinas.Nec non ſulphuris obtinere partē, quæ plane ipſo

odore depræhenditur. Eſt autem minera ipſa exterior, unde ſcaturiunt, ſynceri potius lapidis materia, quam mineræ ſpecies: liquidum tamen alumen intimis venis conducunt. Nam aquæ eo dilutæ liquantine, & quaſi lacte, altiſſimæ emanant, & quæ facile adeo ſequeſtrantur ut quacunque rem attingant, ſeu terram, ſeu ſtipitem, ſeu herbam, lapideo altoq; cortice obducant; unde Tyburtini lapidis materia, qua jam tota ferme Roma ornatur, harum aquarum ſoboles eſt. Idem cap.8.lib.5.

GVlæ quidem tumefactionis cauſam in aquis alpium eſſe contumaciam frigiditatis, quam ex nivibus eliquatis recipiunt fontes, cum doctiſſimo Scaligero ſentimus.

Quod palam eſt multis locis, præcipuæ vero citra alpes, ex ea parte agri Taurini, quæ valdoca vulgo, id eſt, vallis anſeris appellatur. In eam regionem, qui commigrat, nemo diu vivit, multis gula turgida fit. Eorum vero, qui naſcuntur ibi nemo eo vitio caret, pene omnes & amentes, & inepti ad loquendum. Id ab aqua fit è nivibus liquefactis, quæ multum terreſtris frigoris, & crudi continet. Crudum enim repugnat reſolutioni, terreſtre vero cum aquea tenuitate ſeſe inſinuat gutturis muſculis, glandibusq; ibiq; hæret, & concretum dureſcit. lib.6.c.26. Qua-

QValis novus usus, idemque laudabilis est apud navigãtes, qui ut comites navium, ac dulces, inter æstus navigationis suavius bibant, vina concussa motibus, ac sub cæli inævitabili calore cõcalefacta, stannatis œnophoris in magno aquę labro, dilutę salnitro infundunt, frigidissimumq; vinum subinde discumbentibus propinant. Quem morẽ jam primarij quoq; in urbe Roma, ac Neapoli cœperũt, traxeruntque in abusum, qui in lautis mensis vix viderentur suave bibere, nisi vinum ex amphoris, ac phialis cum nitro hujusmodi prægelidum parassent. Infrigidare vinum cum glacie, modus antiquior est, quem usque à Neronis tempore inventum apud Suetonium legimus : nunc per hanc aquam salnitratam celerius (ut dixi) infrigidant ac bibunt suavius. Quare cum noñ desint Romæ qui hunc morem damnent, ac minus scite accipiant (nullo enim salis nitri vitio detestabilis est) quis tamen vim præ nimiam frigoris illius suspicabitur, ne quidpiam detrimenti exinde vinum corripiat. Mihi vero non majus hinc detrimentum videtur timendum, quam quod à conglacialibus frigidisque alijs aquis contrahi videtur; quædam scilicet meri illius saporis in vino mutatio, pro introducta illa frigiditate. Veruntamen inconcilia-

 ta quo-

ta quorundam cupiditas diſſimulari non poteſt, qui dum pulmonum ſiccitati indulgent, ac avide frigidos cyathos generoſi alicujus vini ingurgitāt, parum crudæ illius frigidæ qualitatis nocumenta timent. Quæ inimica naturæ eſt, teſte divino Hippocrate, inteſtinis adverſatur, thoraci, hepati, nervis; unde Colicæ gignuntur paſſiones, cruditates, lapides, juncturarum dolores, urinæ difficultates, aliaque id genus vitia, quæ audivi imperitum medicorum vulgus in adulationem principum; Tyberinarum aquarū potibus imputare. Qui manifeſtæ potius eorū culpæ admonendi eſſent: cum ſint maxime qui ex mala hac conſuetudine, non vina ſolum, & fructus, & fercula aliqua ſalnitrata aqua, vel glacie infrigidant, media etiam hyeme: verum quoque pocula medicinarum. Qui intollerabiles ſunt pro medicinæ ſeveritate errores, atque hoc in totum periculo ſunt deteſtandi, quod frigiditas, etſi non lædat aliquandiu pro conſuetudine, ac forti calore ventriculi aliquos: ſuo tamen exceſſu, atque abuſu non poteſt, niſi abbreviare vitam. Elpidius libr. 5. cap. 7.

Quan-

QVandoquidem hi fontes acidi constant (ut dictum est) fossilibus & calidis, & frigidis, aperitivis, & astringentibus, mirum videri non debet, si ijdem morbos curent inter se contrarios. Experientia namque didici, & calidos, & frigidos præter naturam affectus, horum potu persanari, fluxiones omnes supprimi, & naturales suppressas ijsdem provocari. Primum igitur catharrhos absumunt, & cerebrum prætumidum desiccant, & mala inde nata, uti paralysim, & similia curant. Cujus sane facultatis effectum insignem anno 1576. observavi Venerabili Domino Alnaldo Brueghel, Ecclesiæ Collegiatæ in Oirschot Canonico, qui crurium integra resolutione, (quæ jam brachia etiam afficere incipiebat) laborans, ad vicum Spa se deferri curavit, ubi, ex consilio nostro præparato corpore, aquam hanc acidam bibere incepit, cujus beneficio benignissime ac affatim evacuatus est per urinam, sudores, & simul per alvũ, adeo, ut paucis post diebus tantum virium in cruribus recuperaverit, ut ilico ab aquæ potione è lecto surgeret, & per cubiculum absque aliquo adminiculo, obambularet: sed paulo post recenter acquisitas amittebat vires. Itaque cum

quæ ab interiori calore corporit animalis incensionem contraxerunt. Quam ob causam etiam sudorem corporis salsum esse constat. Idem ibidem.

Dicit ergo Aristoteles, vapores qui sunt in aere, descendere inferius, & admisceri aquæ maris, eamque efficere salsam. Nam & similiter accidit in quibusdam locis terram fieri salsam, quæ prius dulcis erat, si vapor terreus & salsus descendens ab aere incidat in eum, fitque sterilis terra illa propter salsuginem sibi advenientem, quæ prius sterilis non erat: non tamen credendum est, omnes vapores terreas qui sunt in aere, salsos esse, sed quosdã ex eis; eos scilicet qui fiunt ex majori incensione. hujusmodi autem est vapor ex quo fit ventus meridianus, qui dicitur Auster, sive nothus: & similiter ventus orientalis, qui dicitur Eurus. Idem.

SI maritima sit Civitas & sal defuerit, liquor è mari sumptus, per alveos aliaque pocula diffunditur qui à calore solis, in salem induratur. Quod si hostis ab unda fortassis prohibeatur arenas quas excitato vento mare pro fuderit: aliquando colligant: & aqua dulci perfundant: quæ sole siccata nihilominus in Salẽ

muta-

mutabitur. Vegetius Renatus lib. 4. de re militari. Vide infra Bruminum de re cibaria ex Polybio & aliam hiſtoriam de Carol. V. de Salibus. Vide lib. 6. cap. 8. Speculum Vincentij ubi citatur liber de aluminibus & ſalibus. Qui ſcit ſalet & ejus ſolutionem & coagulationem, ſcit magnum ſecretum. Porrò Salamoniacus vulgo Salmiax, aliorum quaſi rex eſt, fixus in igni Spiritus volatilis & penetrans Elixir. V. Sal enixus.

PLato metalla ex aqua orta eſſe dicit, quod & confirmat Scaliger: alij per aquam Mercurium intelligunt. Fontibus & locis quibus quibuſdam lithopietica vis lapididica ineſt. Et infra. Certa ſunt loca & fontes, in quibus facile lapideſcunt ligna & alia quædam in eos projecta. Hæc ſane alibi remanebunt integra, non vertentur in lapides, &c. Et alibi ſcio ex veteribus quoſdam putaviſſe metalla ex aqua maxima ſui parte conſtare, quia ab igni funduntur, at ex ſola aqua eſſe nunquam putarerunt, &c. Th. Eraſt. 3. parte Diſp. Item de Metallis, qui ferri lapides molles & pingues qui inſtar butyri feruntur ſe habere aſſerit, ex quibus nihilominus ferrum ab igni, extrahatur durum & optimum, &c.

Quod

QVod autem humor materia metallorum merito ſtatuatur, qui ſit etiam à frigore concretus, vel hinc intelligere licet: quod à calore liquentur, & fluxibilia reddantur, cum autem hic humor unctuoſus ſit, quemadmodum earum rerum periti dicere ſolent, facile non ſeparatur à partibus terrenis, ſed eſt cum ijs optime commiſtus, & plenius concepit earum qualitates: quæ quidem terrenæ partes humidum illud terminant, quẽadmodum ipſi dicunt, nec illud alijs ſiccis adhærere ſinunt. N. Biezius in Phyſicis.

ANnis ſuperioribus contigit in Lotharingia in aula, Illuſtris ac generoſi domini Paſſon Pierre ut Equa Hiſpanica eximia, præſtansque, menſe 13. poſt admiſſuram, morte extingueretur, in cujus matrice fœtus loco, mola lapidea prægrandis inventa fuit, non ſine multorum, tum admiratione, tum dolore ſummo. Magna enim ſpe plerique ducebantur, ſub menſem 12. quomodo communiter parere ſolent, pullum indolis generoſæ, & à matre minime degenerem, dum utero geſtaret, ſub ſequutarũ, quando interea temporis, nulla alia abortus, vel alius periculi ſuſpitio

ſuboriri

ſuboriri peteret,acroama de Præceptoris Illuſt.dominorũ filiorũFriburgi,&c.91.De molis fæminarum in 2.parte tractabimus. N.

AGros leguminoſos & quaſi fabis, orobis & piſis lapidoſis inſtratos & conſitos videre eſt prope Beffordiam in Alſatiæ finibus. Item in ditione Ieſtemiana,nõ longe à Schafthuſia. Porro ex Lithopiſis iſtis,Opt. ferrum parari, fundique ſolet, id quod ſupra de agro cicerũ Bethlehemitico dici forte etiam poſſe credibile eſt. Ita aquas tophaceas vidimus nõ procul à Leffingen, Bollam verſus ubi balneũ innotuit paucis aliquot hinc ab annis, apud VVutt,dictum flumen. Vbi aqua ex tubo effluens ſubjectum monoxycon, totum incruſtavit poroſo lapide,&c. Ita circum Badenas helveticas,Tigurum,Egliſovv, Engen,aliaq; vicina loca viſuntur aquę,quę omnia vel in lapides convertant, vel ſaltẽ foris poroſa Subſtantia incruſtant obducũtque. Andernaci & alijs varijs in locis talia obſervavimus. N.

IMo antiquiſſima conſuetudo eſt, puram & crudã decoquere: nã ex coctione per experientiam intellexere,ſi contemerata eſſet, aut

terrea.

terrea, ſequeſtrari heterogeneas partes, & purificari: ſi pura, aut cruda, per ignẽ victa contumacia tenuari. Quamobrem ſcientiſſimi naturæ interpretes, ac Medici, ad quorum artem hęc maxime prudentia pertinet, cum notas electiſſimæ aquæ aſſignant, unica eam ſimplicique hac conditione definiunt, ut aeri ſit quam ſimillima. Nam hæc prima eſt de aquæ bonitate conditio, ut ſit aerea, cæteræ hanc conſequuntur, ut quæ ſplendida ſit tenuiſſima, & leviſſima, valdeque alterabilis, unde facile ac cito legumina percoquat & carnes. Quæ omnia tenuitatis atq; aeris indicia ſunt. And. Baccius Elpidius, libr. 1. cap. 6. de Thermis.

ACceptanda eſt Palladij conjectura de æſtimatione Aquarum, quæ eſt omnium certiſſima ratio. Incolarum, ſcilicet regionis illius ſalubritatem noſſe oportere. Nam ſi ſani incolæ degant, faucibus bibentium liberis, capite, pulmonibus, thorace in ſontibus, ſi venter indolens, nulla aut rara in præcordijs, renibus, veſica, cauſatio, dignum oppido, inquit, ac certum de ſalubritate aquarum, & aeris quoque illius indicium habebitur. Nam multæ habentur potabiles, & jucundæ ſuavitatis,

tatis, & tamen aliqua insigni malitia vitiosæ. Quales bibuntur in Cillera valle sub Alpes, & in sudera valle Rhetiorum, in Picenis ad Callium, in Æquicolis, & multis alijs Italiæ locis, quæ singulæ gutturosos faciunt bibentes. Et calculos longo tractu Eridani aquæ efficiunt: exilientes in puteos fiũt meliores. Caput plerasque lædere in Campania, & in Troezeno omnes pedum vitia sentire, testis est Plinius. Aliæ voces indigenis faciũt stridulas, alijs graves. Canoras reddit voces fontium natura quædam in Balearibus Insulis, Vitruvius. Et breviter omnes affectus, dispositionesque alicui loco peculiares, nativam sæpenumero loci illius aquarum proprietatẽ habent in caussam. Nec minus diligentis curæ esse debet, quod monuit Columella, illustris Agricola, ut quarumcunque experimenta tentanda sint, mense Septembri ante æquinoctium autumnale id fiat. Siquidem tunc maxime vires fontium explorari, quum ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluviali, qui minus eas in judicio synceras reddit.

Idem cap. 7. Et mox.

aquas perducunt puras præter cætera: & cum canales tolerentur, ut fieri ſolent de ligno è tecto penſiles: hi tamen non modicam guſtui ingratitudinem pariunt, ex muciditate ligni, quam poſtea contrahunt. Prudenter vero, quæ per fiſtulas metallicas leguntur, cavendæ ſunt ob æruginem quam concipiunt, bibentibus æſtuoſam, ac inteſtinis ſua acritate noxiã. Ex tegulis autem plumbeis, minus vitij aquas concipere, quidã hodie ſcriptores exiſtimant. Vſui ſiquidem eas eſſe Gallis, & Belgis, & Pannonijs, & toti fere Germaniæ: adeoque ſi lædantur nonnulli, id aquis ipſis inquiunt, non tubis vitio vertendum. Veruntamen miror hujus authoris paradoxon: nam cum nos ſciamus eas omni ætati fuiſſe damnatas, haud temere obtrudenda poſteris nova opinio eſt. Vitruvius cum vidiſſet has communi cõſenſu damnabiles, vix aliud argumentum de earum malitia habuit, quam à ceruſſa; quæ cum ex plumbo fiat, peracetum in levorem converſo, præfocativaque ſpirituum ſit, ac viſceribus multifariam noxia; pariter nec ejus materiam vacare vitio arbitratus eſt, ac propterea qui in uſtrinis plumbi lapidem fundunt, ſqualenti facie eſſe: & paucæ vitæ. Elpidius lib.1.cap.7.

ET ob hanc ipſam cauſam, videmus in antiquitatibus urbis Romæ, quod ſub prima illa artium luce, plerumque tubi aquarum ductuum ſubterranei, de plumbo fiebant, qui radiorum ſolarium expertes: nihil ejus generis vitij contrahere poterant. Propterea neque in æreis, neq; in plumbeis hydrijs ſervanda aqua: quanquam ſi urcei ſtannati ſint, virus æris eo litum obducitur, ut communi uſui Plinius atteſtatur. Sed aut vaſa fictilia ſunto, ac multum capacia, cujuſmodi nunc Romæ utuntur, quas virtinas appellant: Alexandriæ item & in tota Ægypto, ubi fluviales condunt, & clarificant aquas. Idem.

QVales audio probari puteales aquas juxta Padum, juxta Danubium, juxta lacum Traſimenum, juxta Benacum, & alibi. Et contra è dulcibus fluvijs vitioſæ certis locis transfunduntur: quales hic in urbe Roma noſtrorum puteorum aquæ: quæ tranſcolantes è Tyberi fluvio, qui dulcis eſt natura ſua, & lectiſſimæ aquæ; tamen in puteis duræ, ac inſuaves pluri ex parte redduntur: Tum vitio ſoli naturali, quod totum eſt tophaceum, & puteolanum, & ſalſum, tum accidentali ex cæ-

mentis

mentis antiquitatum, ac latrinarum ſimul,& cloacarum ſine fine occulta illuvie, quæ ipſas contemerant. Quare unius putei aqua minus hic vitioſa reperitur,quam alterius. Bononiæ autem putei uſu ipſo viſcera gravant, atque oppilant:vitio ſoli,quod gypſum eſt,& eadem latrinarum deſtillatione: quæ procul dubio in omnibus magnis civitatibus, communis cauſa de malitia putealium aquarum eſſe poteſt. Ideo ſitus non parum facit ad bonitatẽ: nempe,ut putei editis locis ſint collocati, unde altiſſime veniant ad libramẽtum fluvij, ſubdio ſint,& in celebri præſertim vico,ut frequenti haurientium concuſſu agitentur aquæ,ampla atque veteri ſtructura. Idem.

ALuminoſas item eas ponit Cælius Aurelianus,& item Scribonius Largus author medicus,quem eximie Galenus commendat. Paulus item,&Aëtius,& alij quos dicã poſtea. Hodie vero nos,qui multa adhibita diligentia has aquas recognovimus;ex inhærentibus rebus deſtillationisque experimento, ac operationibus,Aluminoſas ſimiliter eas ſtatuimus, cum partibus ſalſis, ac abſterſorijs, unde & per alvum ebibitæ purgant,& per urinas.Nec non ſulphuris obtinere partẽ, quæ plane ipſo

odore deprahenditur. Est autem minera ipsa exterior, unde scaturiunt, synceri potius lapidis materia, quam mineræ species: liquidum tamen alumen intimis venis conducunt. Nam aquæ eo dilutæ liquamine, & quasi lacte, altissimæ emanant, & quæ facile adeo sequestrantur ut quacunque rem attingant, seu terram, seu stipitem, seu herbam, lapideo altoq; cortice obducant; unde Tyburtini lapidis materia, qua jam tota ferme Roma ornatur, harum aquarum soboles est. Idem cap.8.lib.5.

GVlæ quidem tumefactionis causam in aquis alpium esse contumaciam frigiditatis, quam ex nivibus eliquatis recipiunt fontes, cum doctissimo Scaligero sentimus.

Quod palam est multis locis, præcipuæ vero citra alpes, ex ea parte agri Taurini, quæ valdoca vulgo, id est, vallis anseris appellatur. In eam regionem, qui commigrat, nemo diu vivit, multis gula turgida fit. Eorum vero, qui nascuntur ibi nemo eo vitio caret, pene omnes & amentes, & inepti ad loquendum. Id ab aqua fit è nivibus liquefactis, quæ multum terrestris frigoris, & crudi continet. Crudum enim repugnat resolutioni, terrestre vero cum aquea tenuitate sese insinuat gutturis musculis, glandibusq; ibiq; hæret, & concretum durescit. lib.6.c.26. Qua-

QValis novus usus, idemque laudabilis est apud navigãtes, qui ut comites navium, ac dulces, inter æstus navigationis suavius bibant, vina concussa motibus, ac sub cæli inævitabili calore cõcalefacta, stannatis œnophoris in magno aquę labro, dilutę salnitro infundunt, frigidissimumq; vinum subinde discumbentibus propinant. Quem moré jam primarij quoq; in urbe Roma, ac Neapoli cœperũt, traxeruntque in abusum, qui in lautis mensis vix viderentur suave bibere, nisi vinum ex amphoris, ac phialis cum nitro hujusmodi prægelidum parassent. Infrigidare vinum cum glacie, modus antiquior est, quem usque à Neronis tempore inventum apud Suetonium legimus: nunc per hanc aquam salnitratam celerius (ut dixi) infrigidant ac bibunt suavius. Quare cum noñ desint Romæ qui hunc morem damnent, ac minus scite accipiant (nullo enim salis nitri vitio detestabilis est) quis tamen vim præ nimiam frigoris illius suspicabitur, ne quidpiam detrimenti exinde vinum corripiat. Mihi vero non majus hinc detrimentum videtur timendum, quam quod à conglacialibus frigidisque alijs aquis contrahi videtur; quædam scilicet meri illius saporis in vino mutatio, pro introducta illa frigiditate. Veruntamen inconcilia-

ta quorundam cupiditas dissimulari non potest, qui dum pulmonum siccitati indulgent, ac avide frigidos cyathos generosi alicujus vini ingurgitāt, parum crudæ illius frigidæ qualitatis nocumenta timent. Quæ inimica naturæ est, teste divino Hippocrate, intestinis adversatur, thoraci, hepati, nervis; unde Colicæ gignuntur passiones, cruditates, lapides, juncturarum dolores, urinæ difficultates, aliaque id genus vitia, quæ audivi imperitum medicorum vulgus in adulationem principum; Tyberinarum aquarũ potibus imputare. Qui manifestæ potius eorũ culpæ admonendi essent: cum sint maxime qui ex mala hac consuetudine, non vina solum, & fructus, & fercula aliqua salnitrata aqua, vel glacie infrigidant, media etiam hyeme: verum quoque pocula medicinarum. Qui intollerabiles sunt pro medicinæ severitate errores, atque hoc in totum periculo sunt detestandi, quod frigiditas, etsi non lædat aliquandiu pro consuetudine, ac forti calore ventriculi aliquos: suo tamen excessu, atque abusu non potest, nisi abbreviare vitam. Elpidius libr. 5. cap. 7.

Quan-

QVandoquidem hi fontes acidi constant (ut dictum est) fossilibus & calidis, & frigidis, aperitivis, & astringentibus, mirum videri non debet, si ijdem morbos curent inter se contrarios. Experientia namque didici, & calidos, & frigidos præter naturam affectus, horum potu persanari, fluxiones omnes supprimi, & naturales suppressas ijsdem provocari. Primum igitur catharrhos absumunt, & cerebrum prætumidum desiccant, & mala inde nata, uti paralysim, & similia curant. Cujus sane facultatis effectum insignem anno 1576. observavi Venerabili Domino Alnaldo Brueghel, Ecclesiæ Collegiatæ in Oirschot Canonico, qui crurium integra resolutione, (quæ jam brachia etiam afficere incipiebat) laborans, ad vicum Spa se deferri curavit, ubi, ex consilio nostro præparato corpore, aquam hanc acidam bibere incepit, cujus beneficio benignissime ac affatim evacuatus est per urinam, sudores, & simul per alvũ, adeo, ut paucis post diebus tantum virium in cruribus recuperaverit, ut ilico ab aquæ potione è lecto surgeret, & per cubiculum absque aliquo adminiculo, obambularet: sed paulo post recenter acquisitas amittebat vires. Itaque cum

id quovis mane evenire obſervaret ægrotus, aquam lecto decumbens aſſumebat,&deinde ſurgens ſeipſum abſque famuli opera veſtiebat, id quod ante aquæ potum non magis illi poſſibile erat,quam per aerem volare: &, ſi citius eo acceſſiſſet,pluviæque continuæ ſubortæ non fuiſſent; certo mihi perſuadeo futurum fuiſſe, ut tunc ſanitati reſtitueretur. Philippus Gærinus de ſpadanis fontibus. Et iterum.

ET quemadmodum aqua hæc prodeſt paralyticis, ita etiam convulſione, nervorumque contractione (affectu paralyſi in totum contrario) occupatis utilis eſt, uti certiſſima experientia obſervavi,in nobili quodam Gallo (ſi bene memini) Domino Sanſeux dicto, qui colli convulſione adeo pertinaci, & inveterata laborans, ut illi profligandæ nullum inveniri poſſet remedium in pagum Spa profectus eſt, hoc, quod ſupererat auxilium tentaturus, ubi nullum ſentiens mali levamen, in franciam redijt, de mali ſui curatione deſperãs, at domi exiſtens, aliquamq; affectus ſui mitigationem ſentiens, tribus ſuccedentibus ęſtatibus,ad hos fontes redijt,&ſingulis profectionibus magis, ac magis proficiens,

ens,postrema, quarta nempe æstate, integre curatus fuit. Et mox.

HVmorem melancholicum egregie contemperat & expurgat, ut in nobili quodam mihi familiari omissis alijs, observavi, qui cum continuo quodam timore, cum mœstitia insigni sine causa aliqua externa conjuncto (quod malum à Medicis melancholia hypochondriaca vocatur) vexaretur, harum aquarum usu omnino est à dictis animi passionibus liberatus. Cæterum ad ophtalmias hydropisim, gonorrhæam, calculum, lumbricos, menses & hæmorrhoides & sistendos, & provocandos, commendatur. Sterilitatem arcet uteros ita exiccando & corroborando ut aliquot mulieres à 14. annis steriles, aquam hanc bibentes, præter spem illico conceperint id quod historijs certis docere possumus, &c. Idem.

ALij ab altera parte insultantes dicunt, aquas has adeo esse mordaces, ac corrosivas ut intestina quã maxime infestent; id quod sane aliqua ex parte verisimile videretur, si hæ aquæ solis constarét fossilibus calidis, utpote chal-

chalcantho & nitro, nullaque in ſe continerent alia frigore non minus, imo amplius excedentia, quam chalcanthum, & nitrum calore; Scio, in Hungaria eſſe fontem, qui viginti quatuor horarum ſpacio equi ferramentum conſumat; in tanto abundat chalcantho liquefacto, & pyritis (marchaſitam vocant.) At noſtri hi fontes plus habent frigoris, quam caloris, ob ferri, rubricæ, & aliorum admiſtionem; ut interim aquam ſimplicem (quæ in quantitate reliqua omnia commixta ſuperat) omittam: uſque adeo ut ex viginti quatuor libris aquæ Spadanæ, non ultra unam drachmam chalcanthi extrahere quis poſſet. Et cur adeo metuitur chalcanthi acrimonia? cum Dioſcorides lib.5.cap.23. præſcribat adverſus ventris lumbricos drachmam unam chalcanthi puri, aut cum melle mixti. Neoterici, ut Mathiolus, Andernacus, Geſnerus, alijque complures, Nephriticis, peſte ictis, Apoplecticis, & alijs morbis vexatis oleum chalcanthi exhibent; cujus tamen guttula una plus habet acrimoniæ, quam decem, aut viginti libræ aquæ Spadanæ. Sunt præterea nonnulli, qui dicunt, eos, qui aquam biberunt non diu ſupervivere; quam Calumniam multis redarguere minus eſt opus; cum vici Spadani incolæ manifeſto contrarium oſtendant,

dant, qui in continua pene sanitate vitam in extremam senectutem protrahunt: quorum aliqui centesimum excedunt annum. Memini, me præsente, sepultam esse vetulam, quæ annos centum & viginti attigerat; cum tamen ad mortem usque, optima semper fuisset valetudine, nullo interim alio potu, quam suo Pouhontio, usa. Idem. Andernaci idem contingere notavi.

CVm enim dixerit Theophrastus arefactionem fabarum à Sole concoctiliores eas efficere, quasi noto id exemplo probaturus, ꝓpterea inquit, ta erigmata, id est fracta, fresaque legumina insolata citius coquuntur. Et statim.

Si fabæ relictæ fuerint in area suis in valvulis torrefactis non mutantur, sed coctiles permanent; ubi non caret mysterio vox apethalomenis, quoniam sunt fabæ ab incoctilitate sic vindicandæ, ut in aliud vitium non incurrant: ne scilicet humore putrescant: præter id quod ipse siliquarum humor possit fabas incoctiles reddere: cum in eodem loco inter causas incoctilitatis, tis ateramotytos humor intempestivus numeretur, eo etenim imbutæ durescunt, Siccum non liquabile & incoctile, inquit

inquit Theophrastus. Siccitas autem è contra, licet exsuctiora faciat, & minus suavia facit tamen coctiliora. magnopere igitur exsiccationi studendum est, quod apte monet vox illa apethalymenis. Marsil. Cognatus V. lectionum. lib. 2. cap. 6.

GAllinarij præcognoscunt gallinas ova parituras, aut postridie, aut tertio die, vel omnino citius aut serius, quia tangendo discernunt, molles ne adhuc sint, an jā obduruerint illorum cortices: duri enim à tempore partus parum distant, molles vero nō antequam durescant naturaliter pariuntur (quæ enim ova etiā exclusa molli putamine sunt, abortus instar dici possunt, quod debito citius egrediuntur) notavimus aliquando gallinas tam repēte ova, & illa duro putamine, exclusisse, ut, qui vidisset, nemo potuisset sibi persuadere, tā brevi momēto temporis extra ventrem illius durum evasisse. Manibus etiam gallinam tenuimus, cui repente ovum excidens durum idem persuasit. Fregimus etiam in cujusdam ventre ovum, eaq; dissecta apparuerunt putaminis fragmenta omnino illis similia, qua naturaliter emergunt, cautius autem fecisse natura videtur, ut intus obdurescerēt; nam si mollia exirent sæpissime perderentur, estq; id tutius,

tius,quam si dum pariuntur,dura fiãt,fieri autem posse nulli mirũ esse debet, qui animadverterit, in utero, ac intra ipsa ova fieri ossa longe ipsis ovorum putamiuibus duriora,neque obstat,quod dura sint prębitura dolorem pariẽtibus;quoniam hæc est cõmunis fæminarum conditio,ut,ingens ex prole gaudiũ cum partus dolore maximo compensent;&videre est tum Gallinas,tum alias aves,pariendo plurimum laborare, editisq; ovis sic anhelare,ut se magnos perpessas dolores aperte significẽt. N.Solinus cap.56.ait. In aquã mollis est unio, duretur evisceratus,&c.

Ergo Arist.male lib.6.de hist.animal.& 3.de eorundem generatione,scribit,ova dum pariuntur molli putamine emergere: emergentia vero protinus dura fieri,alioqui,si dura excluderentur, laborem parientibus præberent. Quam opinionem posteriores etiam,qui de animalibus scripserunt, secuti depræhenduntur,inprimis Plinius lib.11.cap.25. Marsilius. Cognatus Variarum observ.lib.1.cap.9.

VOlucris ex ovi luteo nascitur, hoc modo. Iucubante matre ovũ calescit, & quod in ovo inest,à matre movetur; calescens autẽ id quod in ovo inest,spiritũ habet,&alterũ frigi-

ab aere per ovum attrahit. Ovum enim adeo rarum est;ut spiritum qui attrahitur,sufficientem ei quod intus est,transmittat: & augescit volucris in ovo,&coarticulatur modo eodem ac consimili velut puer, quemadmodum jam antea à me relatum est. Nascitur autem ex luteo ovi volucris,alimentũ vero,& augmentum habet ex albo, quod in ovo est, atque hoc jam omnibus manifestum factum est, qui animum advertũt. Vbi autem deficit alimentum pullo ex ovo, non habens id sufficiens unde vivat, fortiter movetur in ovo uberius alimentum quærens, & pelliculæ circumdirumpuntur,& ubi mater sentit pullum vehementer motum, putamen excalpens ipsum excludit. Hipp.de Natura pueri.

Volucris ex ovis. Arist.6. de Histor.anim. ca.3. pullorum ex ovis generationem exactissime tractavit, ubi in aliquibus Hippocratem sequutus est, in aliquibus ab eo recessit,veluti quod pullus ex albo ovi gignatur,luteo nutriatur, quam sententiam una cum alijs Plinius ad verbum accepit lib.10. cap.53. sensit idem Arist.3. de gener. anim. cap.2. quo in loco Hippocratis nomine suppresso, homines & Alcmeoné crotoniatam damnat,quod dixerit

dixerit album ovi instar lactis esse pro nutrimento pulli. Sed cum in hac dissensione unusquisque demonstrationibus à sensu deductis utatur, facile est videre ex ipsa sectione uter magis veritatem cognoverit. H. Mercurialis in notis in eundem.

DEinde in calce & dare aquam ipsis oportet interdum frigidam, cum scilicet vel nullam ex ipsius potu læsionem fore speravimus, vel prorsus paucam, deinde sibi ad memoriam, inquiunt, præparationis ipsius modum scripsit: forte quidem nunquam volens aquam ex fonte dare priusquam excalefacta sit. Forsan vero & inventa quadam distinctione quibusnam dare oporteat calefactionem: forsan vero & inculpatam aquam citra decoctionem: pravam vero decoctam dari volebat: forsan autem & refrigerationem aquæ inculpatæ geminam scribit, alteram quidem quæ ex ambiente fiat aere. Nempe & in Alexandria & tota Ægypto vidi, qui aquam in testaceis quibusdam vasis hoc modo refrigerarent. Sole occidente aquam prius calefactam vasis infundebant, mox totum hoc vas in fenestris ad ventum conversis suspendebant, ut per totam noctem infrigidaretur, deinde

priusquam sol oriretur, terra cum aqua frigida temperata vas claudebant, atque in ambitu folia frigida toti vasi circumponebant, interdum quidem vitis vel lactucæ, & interdum aliorum quorundam similium, ut diutius refrigeratio, quam nocturno aëre aqua adepta fuerat, perduraret. Gal. in 6. Epid. Com. 4.

NEmpe cum ante calefacta infrigidata fuerit sensibilem quidem deponit, quam e.. putredine prorsus contraxerat graveolentiam, quodque terreum est omne facile subsidit, quod ante calefactionē per minutas partes toti permixtum aquæ quando cum ipsa bibitur, non parvam parit offensam, & potissimum in quibus renes vel vesica ad lapidū generationem est idonea. Et sane talis judicationis gratia non solum calefactam aquam serenitati exposuerunt, verum quoq, & alia quæcunq; excogitasse mihi videntur Medici. Nam quæ ex dissimilaribus conflantur substantijs, mixtionemq; per minutas habuerunt partes, hæc post calefactionem cum infrigidātur, facile separantur: sed priusquā refrigerata fuerint post coctionem confunduntur, atque ob id remixtæ sunt, omnes ipsius partes, refrigeratis vero quod grave est, & terrosum in ipsis deponi-

deponitur, subsiditque, quod leve est in superficie manet. Idem ibidem.

ILlud observãdum esse moneo calculosis, ut suam ipsorum urinam quam per noctẽ, aut jejunijs existentibus, fecerũt, per quatuor, aut septem dies adservent, inde post prædictum tempus considerent, id quod subsidet in prædicta urina. Nam in hoc totum id quod terreum est, in urina separari solet, unde quãtitas & materiei qualitas dignoscitur; nec non & morbi tempus, num augeatur affectio, aut declinet. Quã rem pluries cum ego in mea ipsius urina observassem, ob suspicionẽ, quã de vesicæ calculo habeo, invenio post aliquot dies arenulas rubras subsidere in fundo, cum prius urina pura emicta esset argumẽtum certũ harum arenularũ materiam in venis habere originem, conspicio & muccum quendã album, quasi lacteũ quiddam esset. Vrina tamen naturalis mihi est tum superba, tum colore, tum etiã contentis, & stranguria laboro jam per decem annos. Arenulasq; per intervalla, & rubeas & albas, facio. Nullus tamẽ dolor unquã me infestavit. Nec vero colligere oportet lapidem adesse, si urina statim post mictũ concrescat. Refert enim Cardanus Leonẽ quen-

dam Monachum octuagesimum annũ agentem, sæpe tantum pituitæ concretæ in matula illi ostendisse, ut ovum anseris magnitudine superaret, qui tamen lapidem nunquam genuit. Atque ipse de seipso hæc. Mihi (inquit) jam ab annis hinc triginta ruffæ prodeunt arenæ, & nunc etiam albæ, & quotidie copiosæ, atque omnino citra ullam calculi suspicionem, tam renum quam vesicæ. Quinetiam quod longe majus est, jam toto decennio exacto tantum albæ arenæ adhæret matulæ parietibus adeoque concretæ, ut intra quindecim dies, si nõ abluatur, tota lapidescat. Quare dubitat, cur in vesica non concrescat? ratio (ait) quia urina ut sal in matula concrescit, in vesica vero nequaquam, ob calorem, qui urinam dissolvens, impedit quo minus concrescat, extra vesicam refrigeratur, corrumpitur, & dissolvitur, quare concrescit. Fonseca lib. 1. cap. 14. de Calculis.

QVidam Lutetiæ vomicam membrana tectam ovo similem, è pulmonibus expurgavit, cum ante fuisset Astmaticus: & ita paulo post extinctus est. Alius eminxit multa quidem similia liquidis margaritis, admodum pellũ-

pellucida alia craſſiora, mediocriter cocto ovi albumini ſimilia. Et iterum.

Cuidam mulieri Lutetiæ totum corpus molle, flexile, & ſine ſolidis oſſibus fuit. Supra ex Plinio de oſſibus ſolidis & concretis. Iacobus Hollerius in obſervationibus ſingularib⁹ ad praxim.

QVod Ruellius non ita pridem literis memoriæque mandavit, id ipſi vidimus, in milite quodam oſſa crurum, brachiorum & fæmorum ex morbo, tam mollia & flexibilia evaſiſſe, ut ceræ modo facile ſequerētur quocunque torqueres, quæ tandem balnearum naturaliū uſu, &c. (ejuſmodi erant aluminoſæ) in priſtinum vigorem roburq; reſtituta ſunt. Puellam cernimus noſtra vicinia articulorum vinculis adeo laxis, ut quocunque velis artus invertas, quod illi abortu vitium eſt. His qui argentea vaſa in aurant, ſolius hydrargiri vapore nervi eouſque emolliuntur ac ſi paralyſi laborent: quam idcirco nō pauci è juniotibus medicis nervorum mollitiem, alij nervorum diſſolutionem appellarunt. Farnelius de Abditis lib. 2. cap. 9.

M. Agrippam, Vrbem æternis operibus magnificare, eamque fæcundare aquis præcipue professus est, testimonio Suetonij præclarissimo, qui Augustum Cæs. meminit, nervorum causa, & quia coxendice, ac femore & crure sinistro non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret, Albularum aquarũm balneis calidis uti solitum, atque hoc (inquit) cõtentus erat, ut insidens ligneo Solio, manus, ac pedes alternis jactaret. Elpidius Baccius de Thermis lib. 5. cap. 9.

AIunt semẽ Cachos tritum ex aqua aliqua ad eam rem utili sumtũ, calculum in lutũ dissolvere quod excretum denuo concrescat, & in lapideam duritiem convertatur.

Adolescentem vidi, cui hoc obtigisse scio. Is cum vesicæ calculo torqueretur, idque à lithotomis, qui calculum deprehenderant, intellexissem, & ex symtomatis quæ patiebatur agnoscerem: hominem veris initio ad fontẽ, qui de petra cognominatur, ablegavi, ubi cum duos menses hæsisset, à calculo liber redijt & omne lutum, quod paulatim ejecerat, denuo in lapidea fragmenta cõcretum secum in charta detulit. Monardes ca. de Cachos li. 3.

Si

SI quis vero experiri velit remediũ lapidem frangens, illos in vinum infundat, in quo dissolutum fuerit medicamentum. Si enim dissolvantur, Sperandum est, id quoq; in corpore eventurum. Fonseca lib.2.cap.8, de Calculis.

EGo nuper audivi empiricum quendã calculos vesicæ in quibusdã curasse cum borace mixta aqua ardente, ad Spissitudinem fere mellis, ad mixto etiam trito tartaro, aut calculo ab homine exciso, aut fece urinæ è matula. Iubebat per quatuordecim dies hoc medicamento uti, ita ut semper parum ejus vino bibendo etiam in prandio & cæna admisceretur. Memini legere de liquoribus quibusdam, in quibus lapis aut silex positus resolvatur. Chymistæ ad resolvenda metalla aceto destillato utuntur, & urina destillata. Dissolvuntur aceto forti, præsertim destillato, vel succo limonum, margaritæ, testæ ovorum lapides renum, vesicæ, corallium utrumque, eaque post siccata promte friantur. Sylvius citante Gesnero fol.41. circa principium thesauri Evonymi.

Nobis etiam mittit nova Hiſpania ligni quoddam genus craſſum & enode, Pyri materiæ, cujus uſus jam diu receptus fuit in his regionibus, ad renum vitia, & urinæ difficultates & incommoda. Poſtea expertum eſt, ejus aquam in Iecoris & Lienis obſtructionibus utilem eſſe. Fit autem hac ratione.

Nobilis mihi notus, unum habet, cui nullum alium comparandum vidi; nam eum brachio geſtans, tanta arenularum quantitate liberatur, ut metuẽs ne ei noceat tanta ejectio, interdum eum deponat, nullumque amplius calculum eijcit. Sed cum dolor eum premit, denuo eum geſtat, & ſtatim levatur aut minuitur dolor multarum arenularum: atque etiam calculorum expulſione. Ea etiam occulta facultate præditus eſt, ut ab ejuſmodi dolore præſervet geſtatus, renum calorẽ mitigando. Et ſtatim.

In mari Indico ferreis hamis piſces capiuntur Tiburones dicti, maximi, validiſſimi, pugnaciſſimi, & truci aſpectu, qui cum lupis marinis aſſidue præliantur.

In eorum capite terni aut quaterni lapides inter-

interdum plures inveniuntur, valde albi, magni, ponderoſique (ut interdum duas libras pendant) & qui facile abradi poſſunt.

Hujus lapidis pulvis utiliſſimus fertur Nephriticis, & adverſus urinæ difficultates, & renum veſicæque calculos, ut in Indis, Hiſpaniſque experientia comprobavit, eum guſtatum inſipido eſſe guſtu depræhẽdi, facultates nondum expertus ſum, &c.

EX bovillis oppidanus noſtris adjutus medicamentis eminxit vitreum, ſane ex illa nobili Praxagoræ pituita. Dum mingeretur, albuminis mollitie, emiſſum vitri duritia, ac ſplendore. Senatoris filius ejecit, pultis modo multos, ac maximos; qui aeris contactu poſtea in gypſeam tum ſpeciem, tum firmitatem concrevere. Hic quoque nunc recte valet. Ex podagricorum juncturis, muria, & caſeo vetuſto, & pyritæ uſti ſcobe rupta cute plurimos extraximus, candore, ſteatis, duritia invictos. Scaliger in Exercit. contra Card. 108.

RENum calore vel ſublato, vel diminuto, fateor amoveri cauſam denſationis, cohæſionis, duritiei. At quæ diſſolvunt arena-

 rum

rum corpora, quæ in lapidis maſſam coiere: neutiquam ijs refrigerandi ineſſe facultatem, palam eſt. Tenuium partium eſſe illa omnia, par eſt: quæ ſubeant, induantque ſeſe inter lapidis coagmentatas portiunculas. Aut non ſine certo, deſignatoq; calore molliant: ſi, quod induruit, colliquefacere inſtituant.

Iudaicum ergo lapidem, & eum, qui in ſpongis, quique in Tauri fellis veſicella calidus eſt, & Arabice dicitur Harathzi, ad renum refrigerationem, qui det, invenias neminem. Idem.

ET convenit cum eo quod de Alno diximus ſuo loco. Non putreſcere ſub aquis: ob aquas proprias, quas in ſe habet, neq; alias admittit. Scaliger in Theoph. lib. 3. cap. 17.

Sunt enim Legumina quædam quæ ovorū more, quo diutius coquuntur eo fiunt duriora. Scilicet quantum ineſt humoris aerei, conſumitur: tum aqueum terreſtre quod reliquū eſt, coit, ut albumen: tanto magis terreſtre in Leguminibus. Idem lib. 4. cap. 14.

Et jam propinquam incipit expedire cauſam, duritiam ſcilicet & mollitiem. Hæc ſunt maxime propinqua, reſiſtit enim durum, ſane vetus hæc eſt duri definitio, molle aūt recipit.

Hujus

Hujus causæ causa: duritiei, densitas, mollitiei, raritas; quia calor & humor huc queunt, illuc nequeunt subire. Idem ibidem.

QVæ vero scribuntur hic de lapidum generatione, minime pertinēt ad hunc locum. Sed universalis consideratio tractationis interest, quæ mistorum affectus designat. Privatim vero spectat ad librum de terris, glebis, lapidibus, lapillis, gemmis. Nam metalla gēmarumne subsequantur an antegrediantur generationem, parum est diligenter à Philosophis observatum. In Timæo, de lapidibus Plato: certo commentario Theophrastus. Plinius non bono consilio diversis hæc maxime locis tractat. In secundo lapidum naturam exequutus, in ultimo gemmarū, lapillorumq; texit historiam. Eadem tamē & natura, & generatio; materia sub alia forma speciei. In ijs enim maxima ex parte aquea & aerea lux. Nihilo consultiore opera, cum à simplicibus corporibus inchoatū opus deduxit, post terrarum descriptionem, statim ad rem maxime compositam: hominem dico. Inde narrationē illico demisit in res minus compositas: verum everso ordine. Marmora enim gemmis prætulit. At sunt hæ cōpositiores atq; operosiores:

ſiores. Ad propoſitum redeamus. Gignuntur, inquit, ec tis ſyncriſeos ton hydaton. Ex aquarum mutua offenſione: quaſi ſit hoc efficiens, & arche. Materia vero ſpuma. Spuma namq; ex colliſione, rareſcit igitur aqua primum. Sic aerea natura pinguior ac viſcidior diutius conſtat, quoad calore quopiam mariſve ſalſugine denſeſcat ad lactis, ut hic inquit, modum: tum collecto ex attritione ſabulo fiat lapis. Prudenter addit to epipicnei tu chronu. Multæ namque multiplicíſque interpolationis eget aqua ut lapideſcat. Ad aquas calidas parieti adhæreſcentes cruſtas legimus ex aſpergine. Nec alijs naturæ legibus aloſachim & halcyonium. De adarce alibi dictum eſt. Echini marini medullam miratus ſum. Lapidea erat, ſed ejuſmodi, ut nemo qui unquam vidiſſet Echinum verum, dubitaret olim vixiſſe illam. Hujusmodi miracula multa Plinius recenſet, ſcribitque intra arborem lapidem inventum. Et ſi non tam intus conformari, quam intro immitti potuit integer: circum quem obductæ partes arboris coaleſcere quiverint. Quéadmodum de quibuſdam ſpolijs videtur ſcribere Theophraſtus, In mare autem bonus hic vir ingreſſus, ſi nõ exit ad plantas, in elementi feritatem potius transferatur culpa. Otioſe tamen admodum ſcrutatur arenas, quarum enarret

narret generationem: Terrę, inquit, pars quędam dulcis non est. Igitur intra illam partem recepta si restiterit aqua, non potest ab aere alterari, propterea quod illæ partes in terra non sunt: quippe salsæ. Ergo cōcalefactæ tam illæ quam aqua luti genus efficiunt nativum. Cujusmodi dulcibus in aquis gigni nequit: idcirco quia in ijs non dominatur terræ siccitas. Quare vel mutat illam aqua in suam speciem vel propemodum hoc efficit: atque utrunque alteratur. Indurat ergo terræ duritia, propter vim suam compingendi: & aquæ dividit ita subsidentiam, ut è limo fiant particulæ pusillæ. Iul. Cæsar Scaliger in libr. 2. de plantis. fol. 106.

QVæ uliginosa terra proveniunt, aquam sapiūt, quę insipida est. Quæ diluta & insipida sunt, hæc fere omnia inolida sentimus, & quæ alimento uberiori, vehementiorique nutriuntur, ut palustria. Sapor neque in siccitate, neque humiditate nimia consistere potest. Legumina quæ in aquosis nascuntur, incoctilia sunt ob nimiam humiditatem, frigiditatemque: Sed ex insipiditate ad dulcedinem aliquantulum vergunt, quod non reticuit in sari, papyro, & manasio. Sunt & inolidi: quia

quia odor saporis rationem sequitur. Magna est odoris, saporisque cognatio; nam ambo ex siccitate & minus absoluta concoctione nascuntur, & plantæ quæ olidum fructum perferre quærunt, limosam, pinguemve terram minus desiderant: calor siquidem humore, lentoreque obsessus, minus probe suo quit fungi officio. Baptist. Portus pythognom. lib. 4. cap. 10.

THeophrastus aquarum præavidas, plerasque steriles dixit, ut salix, populus, tamarix. Averroes in colliget imperfectas, vocat plantas unius elementi, ut aquaticas, ob id steriles dixit, ut lens palustris; & homines ut cætera animalia nimia humiditate steriles fiunt. Ex nimia humiditate effœtarum virium sunt, & ubique apud optimos scriptores, Aristotelem, Theophrastum, Dioscoridem, Galenum, cæterosque in montibus, & siccis locis enata, validiora & in agendo esse, & maximarum virium; contra in humidis enata, imbecillia, debiliaque. Idem ibidem.

Cui re-

CVi reſpondet Theophraſtus, quod res contraria neque alere, neque ſervare apta eſt, ſed reſiſtunt humidis humida, non contrarietate, ſed potius affinitate naturæ: unum fit humor internus cum humore externo, ut alni lignum, quod ſub aquis incorruptibile. Idem.

AD exempla cõvocabimus lithoſpermon, ex ſemine nomen accepit illud proferẽs lapidea duritie, quod calculos frangit. Plinius nec quicquam inter herbas majori miraculo aſpexit, tantus eſt decor, velut artificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis, tam exquiſita difficultas lapidis ex herba naſcentis: ijs lapillis drachmæ pondere potis in vino albo, calculos frangi, pelliq; conſtat. Lachryma Ioppea ſemen ſilicium affert, lithoſpermo affabre quidem conſimile, imo pertinacius, medio pertuſis, & filo trajectis preces computamus: eſt quoque ad calculos renum, & veſicæ ſaburram, polline & decocto vulgatum præſidium. Idem lib.5.cap.30.

Quercus lapillos magna ex parte gignit, dicit Theophraſtus, & Plinius ab eo. Quercus aliquando & pumices gignit: argumento nobis eſſe poſſunt, quod ad eximendos calculos clare valent. Et iterum.

In capite

In capite multorum piſcium lapilli ſunt, qui ad frangendos calculos valent. In capite luporũ,canthari,coracini, umbriæ, lari, mænæ,ſcorpionis (etſi Plinius in cauda dicat) cephali,ceſtri,muſtelæ, tincæ. Cammari in capite etiam lapillos habent rotundos, quibus utuntur Medici ad calculos expellendos; ſic etiam cancri, aſtaci, & etiam lapides qui in Spongijs reperiuntur. Tradunt onagrum calculum facere, quem quum interficiatur, reddere urinam liquidiorem initio, ſed in terram ſpiſſantem ſe; eſt autem rarus inventu,nec ex omni onagro, ſed celebri remedio, ex Plinio: cujus urina lapidem in veſica frangit, ex Galeno & Avicenna. Et iterum.

Lynx occultat in terram urinam ſuam,quæ ubi concrevit, ac conglutinatum, lapis efficitur,ad muliebrẽ mundũ expetitus: ex Theophraſto,Diocle, Æliano, & Plinio,veſica calculos eo poto elidit. Ovidius.

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.
E quibus (ut memorant) quidquid veſicæ remiſit,
Vertitur in lapides,& congelat aëre tacto.

Cujus urina, ſive ſuccinum præſtat ad calculos. Idem ibidem.

Inp rimis

INprimis itaque illa aqua ad potandum laudatiſſima cenſetur, quæ clara, pellucida, tenuis, pura, fruſtillorum, & ſaporum omnium expers, lèvisque reperitur; necnon quæ igni admota cito calefit, remota vero ocyſſime frigeſcit, guſtu jucundo: quæ denique celeriter præcordia pertranſit, & ſine ulla ventriculi moleſtia labitur, & ſecedit. Talis autem ea eſſe ſolet, cujus fons ad orientē ſolem erumpit, curritque ſuper lapides, aut arenam, aut puriſſimam terram: quæque æſtate frigida, hyeme autem calida manat. Omnium tamen pręſtantiſſima eſt pluvialis, eaque præſertim, quæ æſtate media pluit, ſilente cælo. Huic fere illa reſpondet, quæ eodē tempore cum tonitruis deſcendit, tonitruoſa proprie appellata. At ea, quæ maxima aeris, ac ventorum procella, terrifico tonitruum, fulgurū, & grandinis impetu, ex velociter concitatis nubibus cælo demittitur (ut in Commentario lib. *6*. Epidemicorum ſcribit Galenus) in humanæ vitæ uſum admitti non debet. Porro aqua ciſternarum non tot ſane laudibus commēdanda videtur, licet à quam plurimis medicis laudetur.

Siquidem non modo noxia exiſtit, quod miſcella quædam ſit diverſarum aquarum, quæ

in diversis anni temporibus inibi colliguntur ex pluvia, tum ex grandine, & nivibus hyemali tempore in tectis colliquatis; sed etiã quod aquæ omnes stationariæ putrefactioni facile sint obnoxiæ. Quo fit, ut aqua in cisternis collecta (si rem recte expendamus) syncera pluviali minime sit comparanda. Dicendum igitur erit, aquam sic asservatam eo pluviali syncera deteriorẽ esse, quo magis fuerit nivium, & grandinum liquationibus commista. Quandoquidem (ut in lib. de bonitate aquæ scribit Galenus) quæ à nivibus & glacie colliquescit, concoctionem impedit, urinam cohibet, pectus, pulmonem, ac ventriculum male habet, convulsiones, laterum dolores, & flatus generat. Quod alia de causa non evenit, quã quod cum in glaciem, vel nivem concrevit, omne, quod tenue inerat, deperdit. Putealis prætetea gravis quidem est, ęgreque conficitur, nec statui quidem potest, quod sit putredinis omnis expers, veruntamẽ tanto minus fuerit damnanda, quanto frequentius hauritur, vel si è subterraneo fonte scaturiat. Sequuntur lacustres, & palustres, quæ omnino sunt improbãdæ, nisi coctæ, vel igne destillatæ fuerint. Fluviatilis deinde probatur, vel improbatur, pro concurrentium aquarũ, & rerum injectarum qualitate, quemadmodum ijs omnibus evenit flumi-

fluminibus, quæ magnas perluunt civitates. Nam quibus animalium putrefacta excremēta,;& urbium sordes inesse sentiuntur, eæ ab alimentorum usu abdicandæ sunt, nisi longo temporis tractu magnis fictilibus asservatæ, ac defæcatæ clarescant, & prorsus expurgentur, ut Romani faciunt cum sui Tiberis aqua, quę præ cęteris hac facultate pollet, ut clara facta, ad centum, & plures annos perduret incorrupta. Ad hæc noxiæ sunt, quæ plurimam terræ mistionem consequuntur, quod non modo viscera obstruant; sed & calculos in renibus, & vesica procreent. Cæterum aquæ quæ lapideum admittunt succum, de quo satis diximus in prima hujus libri commentatione, prorsus vitandæ sunt, ut quæ potantes strangulare possint, eo sane modo, quo epotū gypsum, quippe hę arterias obstruētes spirituum transitum intercipiunt: quin & alimentum in corpus deferri prohibent. Quocirca hujusmodi aquę potabiles non sunt, neque in ciborum coquendorum usum recipiendę. Quemadmodum nec illæ sanis probantur, quæ sal, nitrum, chalcanthum, alumen, & alia id genus concreti succi continent, quanquam omnes in medicinę usum veniunt. Ex Cardano in Hipp. de aëre & aquis.

VLtimo videndum eſt, quænã ratio diverſitatis ſit,ut dum ebibitæ aquę ex hepate, & per renes excolantur, non æque tamen omnibus relinquant ſedimenta aliqua. Nam hoc nomine damnatæ ſunt in univerſum aquæ,tum limoſæ,tum medicatæ,& acidæ,quę à nonnullis hodie Romæ ſumuntur in alimẽtis,quod relictis ſedimentis, vel arenulas gignant,vel lapidem,vel id genus affectionem aliquam. Ad hoc quidem,cur in cibarijs noxiæ ſint limoſæ, ac medicatæ aquæ, explicatiore poſtea ſermone reſpondebimus : ſane quoniam ejuſdem rei longe alia ratio eſt an medicamenti vice uſurpetur,an alimenti. In univerſum quidem, ebibitas in balneis nulla relinquere ſedimẽta,conſonum rationi ſit. Natura enim non facit ſaltum, teſte Philoſopho: ſed procedit in ſuis operibus digerendo, hoc eſt ſequeſtrando, ac ſeparando utile ab inutili 3.de Gener.animal.cap.11. Adeoque craſſæ, & terreſtres partes cum aqua ebibitę,non penetrant meſeraicas: ſed à ſtomacho ad inteſtina ſequeſtrãtur ad alvum, cujus vim excretricem ipſæ ſimul extimulant. Vnde ferme raras id genus invenies aquas, quæ non primo per alvum educant,virtute ſcil.ac ſtimulo craſſiotum

tum

rum illarum partium: & deinde per urinas. Subtiliores vero trahuntur à meſeraicis venis ad hepar,ac vapore ſaltem ipſo penetrant ad venas uſque,& exinde refluunt ad renes. Vbi ſi renes ſint ſynceri,ac meatibus liberi,& non oppleti,tranſeunt & ipſæ: imo ſua vi abſterſoria verrunt omnem ſecum ichorem, dilatantque vias,ad arenulas uſque emundandas. Sin renes oppleti,nec rite (ut debuerunt) præparati multis ſcateant craſſis, ac viſcidis excrementis, hæc ipſa inquam viſcida excrementa fiunt omnium arenularum antecedentes cauſæ, ac propria calculi materia, authoritate univerſæ Scholæ Medicorum,& non ſedimenta terrea ullius ebibitæ aquæ. Quæ nimirum viſcida excrementa cum inepta ſit virtus balnei diſſolvere,ac extergere; tenacius cum ſedimento aquæ adglutinata, pernicioſas illic gignunt obſtructiones, phlegmata, callos in veſica,arenulas,calculos.Quod periculum vidi frequens in obeſis corporibus,vel quę non adeo ad menſuram ebibitarum reddebant aquas: ſeu his ſomno conſopitis, ſeu aquarum ejus anni inſalubritate, ſeu propria mineræ imbecillitate, ſeu quopiam alio ſumentis errore. Ad quam cautelam tria repeto,ac moneo ſervanda eſſe præcepta: Primum, ut diligens fiat ejus balnei electio,quod & authore,

& experientia comprobatum ſit, & tali affectui, & tali naturæ eſſe idoneum. Alterum, ut ſtudeant qui bibunt aquas, ut integra fiat ebibitarum excretio. Et tertiũ, ut nullum interim committant errorem, ſemper hujus experientiæ memores, raros ob culpam balnei periclitari ſolere in balneis: plurimos ob errorẽ, & culpam propriam, quę falſo poſtea ipſi balneo, vel authori, vel medico vitio vertitur. Ex Baccio Elpid. 2. de Thermis.

ACcidę omnes, quas hodie Romæ permulti ſane viri illuſtres cum vino bibunt, ex communi conſenſu chalcanthum obtinẽt, vel ſalis quidpiã, vel cineris, vel aluminis. Sunt enim acido inſigni ſapore, ac linguam ſuctu quodam carpunt, & relinquunt decoctę in vaſe albiſſimi pollinis ſpeciem, gipſi, aut calcis inſtar ſalſiuſculę. Quanto autem verſentur in errore hi, qui utcunque medicatis abutuntur aquis, duabus potiſſimum rationibus demonſtratur. Primo, quia aquam, quę miſta eſt, uſurpant pro ſimplici. Deinde rem, quæ eſt medicamentum, uſurpant pro alimento, & jam ſcimus quod medicamenti ſubſtantia cum non poſſit a natura digeri, neceſſe eſt, ut in malum convertatur humorem, qui plurifariam poſtea

ftea ſeſe exerit noxius.Cui periculo argumento eſſe poſſunt pluviales illæ aquę, quæ cum ex tonitru pluerint, aut per tegulas excolatæ ſint metallicas, acrem quandam potuerint concipere qualitatem, ob quam æſtuoſę, ac noxię ſtomacho, & inteſtinis, ab univerſa Medicorum Schola damnantur,non ſine dyſenterię, aut inflammationis alicujus viſcerum periculo his, qui eas ſumpſerint. Multo ergo magis damnandæ veniunt potibus ſponte manantes aquę quę manifeſtam ex natura alicujus minerę miſturam conceperint, quę omnes ſiccant,ac aliquā idcirco obtinent medicamentariam qualitatem. Porro conſtat Alimenti,ac Medicamenti eſſe oppoſitam rationem,etiam in uſu aquarum ipſarum. Sane aquæ balnearum, ut ſunt omnes quoddam medicamenti genus, operantur,quando operantur,tum quantitate ipſa, qua ebibitę comprimunt ad excretionem, tum qualitate, quam obtinent,abſterſiva:quoniam natura ipſa cooperante detruſæ, interna quacunque tranſeunt membra expurgant omni excremento. Contra vero accidit,ubi aut in Cibarijs, aut in potibus ſumendæ veniunt; nam ob modicam quantitatem, neque ſollicitant naturam ad excretionem, neque gravant,ſed cū alimento ſimul ad intima uſq; viſcera diſtri

butæ,neceſſum eſt alterum duorum. Vel ut corrumpantur,&in malum convertantur humorem; quam ob cauſam vidimus quandoq; ad aquas potabiles balnearum homines indigeſtas,corruptasque in bilem aquas,copioſiſſimam ſimul bilim, & vitam miſere evomuiſſe, quod omnes qui ad balnea verſantur Medici atteſtari poſſunt. Vel certe neceſſe eſt, ut ebibitarum ejuſmodi aquarum portio, aliquã relinquant in venis, ac in ſanguine ipſo, ejus mineralis qualitatis impreſſionem: quo fit ut niſi ſubitariam inferat noxiam, eo offendat gravius, quo paulatim afficit, contaminatque aliqua mala qualitate ſanguinem, ac ſpiritus vitales, unde ex inſperato aliqua oboritur humorum ebullitio, aut viſcerum inflammatio, aut urinæ difficultas,aut lapis, aut dyſenteria, aut ejus generis aliquod vitium pernicioſum. Quo plane ſenſu, de aſſumtis,ſcil. in cibarijs, quæ aliqua miſtione infectæ ſint,intelligenda etiam ea Hippocratis cenſura in libro de Aëre,aquis & locis. Calidæ aquæ (dicit ipſe) aut ubi ferrum naſcitur,aut æs, aut argentum,aut aurum,aut ſulphur,aut bitumen,aut alumen, aut nitrum, omnes duræ, & æſtuoſæ, quæ & difficulter minguntur, & ad alvi egeſtionem ſunt contrariæ,intelligas ſi in cibis ſumantur, & potibus,/nõ jure balnei. Sicuti & quod ſubdit.

dit.In ſalſis ſimiliter decipiuntur homines, in eo quod per alvum ſecedere, eamque ſolvere putantur: ſunt enim crudæ, & coqui nõ poſſunt, ad eegſtionem cõtrarię,ac adſtringentes potius, quam eliquantes. Manifeſtum eſt ergo quam plane aberrent ij, qui in cibarijs id genus admiſtas bibunt aquas, easque merito ab omni victus ratione ablegamus, atque interdicimus. Andreas Baccius lib.2.de Thermis.

ACceptanda eſt Palladij conjectura de æſtimatione Aquarum, quæ eſt omnium certiſſima ratio.Incolarum,ſcil.regionis illius ſalubritatem noſſe oportere. Nam ſi ſani incolæ degant, faucibus bibentium liberis, capite,pulmonibus, thorace inſontibus,ſi venter indolens,nulla aut rara in præcordijs, renibus,veſica,cauſatio, dignũ oppido, inquit, ac certum de ſalubritate aquarũ, & aëris quoque illius inditium habebitur.Nam multę habentur potabiles,& jucundæ ſuavitatis, & tamen aliqua inſigni malitia vitioſæ. Quales bibuntur in Cillera valle ſub Alpes,& in ſudera valde Rhetiorum, in Picenis ad Callium,in Æquicolis,& multis alijs Italiæ locis,quæ ſingulæ,gutturoſos faciunt bibentes. Et calcu-

losos longo tractu Eridani aquæ efficiunt: exilientes in puteos fiunt meliores. Caput plerasque lædere in Campania, & in Troezene omnes pedum vitia sentire, testis est Plinius. Aliæ voces indigenis faciunt stridulas, alijs graves: Canoras reddit voces fontium natura quædam in Balearibus Insulis, Vitruvius. Et breviter omnes affectus, dispositionesque alicui loco peculiares, nativâ sæpenumero loci illius aquarum proprietatem habẽt in causa. Nec minus diligentis curæ esse debet, quod monuit Columella, illustris Agricola, ut quarumcunq; exprimẽta tentanda sint, mense Septembri ante æquinoctium autumnale id fiat. Siquidem tunc maxime vires fontium explorari, quum ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluviali, qui minus eas in judicio synceras reddit. Idem eodem.

QVamobrem aquam propemodum unicam Tyberinam in usus cibarios potoriosque usurpant: quæ asellorum gerulorum mirifica opera vicatim hostiatimq; vęnalis voce agasonis significatur. Hac popellus infimaque plebs, ut est recens hausta & invecta è flumine, utitur: quanquam & turbida cœnosa & fœculenta cernatur. At magnates & proceres

quiq;

quique opibus abundant, ſolent in cellis vinarijs grandia vaſa fictilia habere bina aut trina, ſcil. ut quiſq; pro ſplẽdore fortunæ poteſt, & lautus videri poſtulat: quibus vaſis aqua Tyberina largiter cõditur atq; reponitur ſervanda non in dies paucos (quod mirum dictu eſt) ſed menſe; annoſque ſine culpa ac vitio. Id inventum eſſe novitium nõ dubitamus; quoniá apud Priſcos nulla hujuſce repoſitionis aquæ ſit mentio, quod equidem legerim. Nec puto Pliniũ (qui inventores præſertim rerũ memorandarũ laude ac gloria ſua, ubi locus ſeſe obtulit, nuſquã fraudandos ſtatuit) tam ſingularẽ & mirabilem aquæ fuiſſe omiſſurum inventionem. Sed quisquis is fuerit, optime de Romanis meritus, & de toto Chriſtiano orbe cen ſeri debet. Hæc dolijs illis cãthariſq; repoſita celeriꝰ opinione liqueſcit, ac ſubſidet: potuique elegãtiorũ & cibis idonea efficitur. Ego (ut ingenue fatear) optimis ac ſaluberrimis æquádam eſſe exiſtimaverim, huicq; omnes ſalubritatis utilitatisq; dotes adeſſe; mirorq; non parum tantum bonum antiquitatem illam ignoraſſe, aut poſteris ignotum, ſi ſcirent, voluiſſe. Durare in fæce diutiſſime perinde atque alios liquores non minus mirabile. Galenus fontium, qui ſua ætate Romæ quoque viſebãtur, elegantiam, multitudinem, ſalubritatemque com-

commemorans ac commendans, aquæ Tyberina nusquam commeminit, porro nullam ex ijs fontanis aquis fuisse, aut turbidam, aut fœtidam, aut medicatam, aut duram crudamve, omnesque pariter ocyus tum refrigerari, tum calescere gravitate medica affirmavit. Solum illam, quæ ex Tiburtinis montibus Romam lapideis tabulis ducebatur, crudiusculam quidem fuisse testatur.

Aquam Nili multorum monumentis illustrari video, quare de ea, quam diligentissime poterimus, differemus. Afferemus igitur primum illa, quæ Hircius de bello Alexandrino scripsit. Alexandria (inquit) est fere tota suffossa, specusque habet ad Nilum pertinentes: quibus aqua in privatas domos inducitur, quę paulatim spatio temporis liquescit, ac subsidet. Hac uti domini ædificiorum, atque eorũ familiæ consueverunt. Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa & turbida, ut multos variosq; morbos efficiat: sed ea plebs ac multitudo contenta est necessario, quod fons in urbe tota nullus sit. Et paulo post docet quomodo Cæsar timorem suorum militum, quo pene ad extremum casum omnes deducti videbãtur, sustulerit: quippe Alexandrini specubus interseptis, atque omnibus urbis partibus exclusis, quæ ab ipsis tenebantur, aquæ vim

vim magnam ex mari,rotis ac machinationibus exprimere contenderunt,qua industria aquas,quibus utebantur Cæsariani,salsissimas, & ideo potui minime idoneas reddiderāt. Verum Cæsarea,quæ in rebus agendis perpetuo fluit illi peculiaris diligentia, summoque doctrinæ ingenio,effossis in littore maris puteis,maximam aquæ dulcis copiam nocte invenit, quo argumento rerum nostra peritum sese fuisse indicavit. Accepimus natura memoria Carolum V. Imperatorem, eadem industria exercitui suo,in sitiente Aphrica aquas quæsivisse,dum scilicet arcem Guletanā Barbarossanis repugnantib.oppugnabat. C.Bruerynus de re cibaria lib.16.

QVamobrem ut suspicione omni animū tuū liberes, Hippocratis oraculo adhærere te oportet,illa.n.levissima erit,hoc est,& facillime citi ssim e q, transmittetur,&subibit, nullumque Hyp ochondrijs, aut stomacho alijsque visceribus negotium facesset. De cætero autem Galenus doctissimus, eumque sequuti clari medici, aliud exploratum prodiderunt experimentum : quod à cibariorum coctura assumitur.Si enim carnes,fructus,pomaque fruges,olera,atque legumina difficulter

ter coquantur in aqua, præsentissimum & non dubium vitiosæ aquæ signum habebis, sane optima maximeq; probabilis ocyssime ea percoquit: quæ vero è contrario erit, tardissime. Hujusmodi aquã veteres Græci ateramnon hydor, ut nuper docuimus, appellarunt, ac si Latine indomitam incoctilemq; dixeris: sicuti & ipsa legumina ateramna vocitarunt. Invenio adhæc, alia ingeniorum subtilitate ac cura inventa in aquæ salubritate examinanda. Ajunt quippe, quæ vasa ærea, aut argentea inficiunt, quæq; decocta, vasa crustis obducunt crassis, pariter quæ limum in imo vasis relinquunt, quæ bibentibus malum colorem referunt, atq; item, quæ liquatæ leviter terram relinquunt. Galenus censor harum rerum severissimus sapiẽtissimusq; falli eos autumat, qui à valetudine sola aquam potantium salubritatis notas (quanquam certissimæ sint) petunt. Etenim primariæ dictæ notæ prius speculãdæ erunt & per pendendæ. Certum est plerisq; in locis aquarũ culpa gutturosos fieri homines: ut in Allobrogum (quos hodie Sabaudos nũcupant) tractu quodam, & Alpium quosdam populos id genus morbi frequẽter corripere. Pręterea lippitudines multas destillationes, & faucium vitia, raucitatesque vocum. Quibusdam insuper gentibus crura vitiãtur, ut Troëzenis,

zenis, atq; etiã in validiora corpora alibi redduntur. Idem.

SCio apud nos, multas fœminas principes, splendidasque & illustres (nam de urbanarum rusticarumq; pene infinita turba tacendum arbitror) abstemias vivere, prosperimaque valetudine uti, ac si à Natura ita comparatum sit, aquam potius quam vinum in usum fœminarum datam. Adnotatum est, eos qui inter initia podagræ, dolorisque articulorum vini potum subtrahunt, & ad aquam confugiunt, magnificum sentire præsidium, ac pene divinum: fereque compertum est potores aquæ, raro aut nunquam podagricos aut chiragricos effici. Hodie tamen plerosque omnes videmus aquæ liquorem adulterare aut saccharo, aut cinamomo, aut pane, videlicet sic utiliorem arbitrantes. Audio sobrios homines vinique parcissimi, atque aquæ potores callidiores astutioresque à nonnullis existimari: quoniam ita sensisse videatur Cæsar de Bruto & Cassio, qui postea ipsum trucidarunt. Porro populos quosdam etiam aquæ potu solo contentos vixisse historia traditum est, cujusmodi fuisse Iberos (quanquam opib. valentissimos) parsimoniæ causa, reperio, &c.

Haud

Haud dubium eſt, non paucos fontes, puteosque ipſo frigore (quod nimium eſt) eſſe noxios, ut de Alpinis diximus, & Belſicis in Gallia; nam profluentes quidam lapideſcunt. Hujuſmodi apud Allobroges agro Viennenſi eſſe exploratum habemus; vicus in quo fluit, Gymenius appellatur. vidimus illic ligna in lapides dureſcere. Corinthi vero fuiſſe proditur fons algore impatibili: cujus hauſtu peſſime afficerentur incolæ, & qui ex eo potarent. Cæterum (ut etiam exemplis domeſticis naturæ Majeſtatem oſtendamus) in orbe noſtro fons eſt apud Niceam amne vero à Gallia Narbonenſi diſcretam, in radicibus arcis munitiſſimæ ſcaturiens, ac plerunque æſtu maris infici ſolitus: cujus potu in magnis æſtatis æſtuoſiſſimæ caloribus juvenis quidam à prima Arvernorum nobilitate pene ſtrangulatus eſt. Namque ſtatim ab ipſo hauſtu in tam intolerabiles alvi torſiones incidit, ut vix nutrire poſſet, vel etiam ſpirare. Vidi tamen ipſe alios impune bibiſſe, & claſſem tum Gallicam, tum Hiſpanam vim ingentem hauſiſſe, atque in uſus navigationis repoſuiſſe. Mutianus ter conſul, virque, ſi Plinio fides adhibetur, eruditionis memoriæque præſtantiſſimæ; circa Cyzicæ fontem, Cupidinis vocatũ, credidit amorẽ deponere. Ego quidem autumo, nihil magis

gis pigros in Venerem, aut retardos, quam gelidus statim per membra decurrit tremor, pertentatque bibentium corpora. Nonnullæ partus custodiunt, nonnullæ abortus faciunt, quod & ipse algor efficere potest. Idem.

CÆterum à consistentia alia aquosa, alia tenuia, alia crassa, in quibus media quoque statuuntur, & inveniuntur discrimina: nempe alia admodum crassa, alia parum, nonnulla valde tenuia, alia minus. Adhæc, vina quædam suavem spirant odorem, alia ingratum, & protinus nares ipsas offendẽtem: nonnulla vero odoris penitus expertia, ut aqua: odorem vero in dulcibus sentiri perrarum est. Postremo alia valida, & vehementia, alia autem imbecilla & levia: in quibus etiam numerosiores differentiæ reperiuntur. Aulici nostri vina Francica peculiariter appellata, retuso mucrone esse dictitant, nec satis lancinare ora palatumq; gustu fervido & acuto. Quãobrem transmarinis adventitijsque omnibus magis delectantur. Potentia, quæ & vinosa Hippocrati vocãtur, calfaciunt ocyssime corpus, halituque caput tentant, ac vertigines cient; infirma autem, & quæ hebetioris mucronis censentur, & quæ aquosa vocant, nihil ho-

rum faciunt. Dicuntur enim aquoſa,quæ aquæ in totum perſimilia ſint,hoc eſt,quæ ſine odore,& quæ tenuitate & colore proxime illi accedunt. Perinde etenim atque aqua perſpicua,limpida,pura,ac tenuia ſpectãtur: nec viribus aquam vincunt,ſcilicet quoniam neque in caput penetrant,neq; nervos tentant, neq; aperte calfaciunt tantum: per tenuẽ obtinent quandam & exolutam aſtringendi qualitatem Hippocrates oligophora nominavit], id eſt, paucifera, quod diluta minimam aquæ ſuſtineant miſtionem. Ea vero ſunt profecto imbecilliſſima,& ut in vinis aquoſiſſima,ex quibus minimum in ſanguinis ſpeciem mutatur. Vrinas tamen præter cætera movent egregie. Proinde ſtatim fere à potu per veſicam excernuntur,atq; (ut ſummatim dicam) leve & exiguum præſtant corpori alimentum:porro celerrime omnium inveterantur, hoc eſt, (ut peritiores rei vinarię ajunt)antiquorum vinorum conditiones conſequuntur.Idem Bruerinus lib.17.

AQuę fluviales quandoq; ex fontibus perpetuo manantibus procedunt,quandoq; vero eis ex nivoſis montib. aquæ liquatæ miſcentur,quandoque vero pluviæ: ubi aquis ex nive liquatis,aut pluvijs miſceantur fluviales, ipſarum

ipsarum naturam queã explicuimus, referent. Nunc tamen fluvialem ipsam consideremus. Ducit hæc secum naturam aquarum fontium à quibus manat, & terræ per quam incedit. Quoniã tamen non omnes fontes, qui in unũ confluunt fluvium laudabiles sunt, mixtã omnino habebit naturã aqua fluvialis. Quod vero ad terræ quã permeat naturã attinet, quid opus est dicere? Est enim quandoq; argillosa, quandoq; limosa, nũc quidem fœnũ, nunc algam, nunc arborũ diversæ naturæ radices abluit, & multam secum defert fæcem terrenam admixtã. Quapropter in sanorum hominũ custodia, nunquã fluvialem aquã bibendam cõcederẽ, nisi colligatur flante borea (tunc.n. syncera ac minime turbida fluit) & in magnis vasis reposita, triginta aut plurib. diebus quieta servetur. Atq; posteaquam fæx omnis subsiderit, in vasis aliud transfundatur oportet. Quod si id per tempus facere non liceat, per mortarios lapideos erit percolanda. Ego quidem Nili aquam non novi: cæterum quantum ab Aetio laudatur, tantum à Galen. reprobatur. Novi tamen Tagum optimã aquam ferre, & cui nullus fluviorum Hispaniæ cõferri debet, non Iberus, non Durus, non Tormes, nõ Guadiana, nec qui Beticam inundant, turbidi atque cœnosi, præter unum Fænarium, quẽ ab-

ſorbet Tagus, poſtquã irrigavit Complutum: is enim quem ſibi dicandũ elegit Apollo cum muſis,merito & ſalutis ſervandæ, & bonis ingenijs alendis fuit accommodatus. Betis tamẽ prope naturæ ejus accedit. At ſi cui liceat uti & frui aquis fontanis,non eſt, cur eis omiſſis, alias expoſcat: fluviales enim, cum è pluribus manent, ex ipſis quædam erunt bonæ, quædam malæ: fontanæ tamen ſelectæ inculpabiles erunt.Sunt ſiquidem hæ omnium optimę, ubi quales dicendæ ſunt,ſeligantur. Primum enim quæ ex petris manãt,ad aquilonem verſæ craſſæ ſunt,& graves, coctioni & elixationi ciborum ineptæ: laudabilis vero quæ verſus orientem ſcaturit, ex terra munda,aut loco arenoſo procul ab arborum radicibus, hæc enim cito alteratur,tenuis eſt, & facile permeat, bonitatem etiam ejus oſtendit, quod hyeme calidior,vere autem frigidior ſcaturit:hæc limpidiſſima,pellucida,omnique ſapore & odore privata erit. Quod ſi quempiam referat ſaporem, malitiam loci, quem permeavit, oſtendit.Eritque aut nitroſa,aut aluminoſa,aut ſulphurea,aut ferrea, aut ſalſa,aut amara. Chriſt. à Vega lib.2.Sect.3. Artis Medendi.

Quæ

QVæ aut salis naturam habent, siccantur cum abest humor, & in formam tophi duri transeunt, si humor adsit, non concrescunt. In matula igitur ejecta urina ut sal concrescunt, dũ vesica plena est, non concrescunt ob humorem: ejecta urina etiam non concrescunt, quoniam statim humor adest, & locus calidus est. Et quod majus est, ob vim vesicæ expultricem, dum vesica urinam exprimendo tota invertitur, cavamq; partem gibbam efficit: quod in matula dum purgatur, nec fit, nec fieri potest. Calor autem actu dissolvit, quod est in urina, nec in sedimentum transire permittit. Calor autem potestate, seu urina calida & acris, ad lapidis generationem facit. Iuvat ergo, dum mingitur, ad prohibendam lapidis generationem, comprimere bene vesicam, & expurgare perfecte, idque quasi subsultim mingẽdo, non cõtinue, quod ego mihi à lapide metuens observavi, nunquã in pluma cubans, nec vinum nisi album leveque bibendo: sed & loco plumæ stupam sericeã mihi subjeci. Hæc igitur sex maxime prohibent lapidis generationem, utrobique scil. tam in renibus quam vesica: tomentum minime potestate calidum: expressio diligens

ſedimenti dum mingitur, quæ fit ſubſultim mingendo; uſusq; olei: abſtinere à caſeo, tum his quæ ex lacte fiunt, tum à terreis ac ſalſis: tum quod multa ac fere omnia complectitur, à cruditate cavere. Idem. Et mox.

IPſum quoque ſolum metallicum eſt, unde exhalant vapores pravi, & aquæ puteorum corrumpuntur, argumento improbitatis terræ: & ipſæ (prætereo quod inutiles) exhalant perpetuos vapores, cerebro, cordi, pulmonib. ac pectori inimicos. Ipſa Tyberis aqua prava admodum, licet ſecus alijs videatur. Diligenterq; animadverſum ab erudito medico, memoriæque mandatum: cum plures excipiat fluvios, quorum alvei & ripæ terra colorata conſtant, metallicam illis facultatem ineſſe. Quamobrem tametſi limus & pulvis mora petat fundum, etiamſi decem annis maneat, nunquam ſpoliari poteſt metallica facultate: quę & ſi perexigua ſit, cum omnia metalla imperfecta noceãt pectori (ob ſulphuream vim, & ventriculo) jecori ac renibus, illa quod hydrargyrij ſapiãt vim, hi quod terræ: neceſſe eſt amnis illius aquam eſſe inſalubrem. Eſt etiam à Septẽtrione poſita, ut dixi, in qua parte cruda neceſſario eſt. Vnde ex hoc liquet, non ſolum

lum Tyberis, ſed cujuſvis fluminis magni aquam, prçterquam Nili, eſſe malam: quod magna flumina omnia, ut Padus & Iſter, multos recipiunt fluvios. Dixi, Nilo excepto, is enim purus è montibus ſuis fluens, vix unum aut alterum excipit fluvium, excoctus candentis ſyderis radijs fertur in mare. Et mox.

Quapropter & aquæ puteorum pravæ ſunt, & exhalatio corrumpit aerem, ut de Roma dictum eſt. Aqua vero Rheni nec ipſa ſalutaris, cruda, & quç calculos in renibus, & urinæ impedimenta gignat.

Cauſa fuit olim, ut colligitur quarto in ſextum de Morbis vulgaribus, quod nõ aqua Tyberis, quæ prorſus mala eſt, ut dixi (neq; enim tot Imperatores latere id potuiſſet, quod defæcata eſſet bona) ſed fiſtularum, ut Tyburtina alijsque uterentur, quæ quamvis limpidæ, & claræ, ſine odore ullo jucundæ ſint: attamen non ut fontium concoctæ, ſed valde crudæ erant, & quibus vix legumina concoquerentur. H. Cardanus de Aere aquis, &c.

TAmen alia eſt lapidis veſicæ differentia à lapide renũ, in duritie & mollitie, in aſperitate & lenitate, quia veſicæ lapis durior eſt, quã lapis renũ. Imo hi decẽ lapides excellentiſ

ſimi Alberti Savonarolæ ſi in terram proijciantur, veluti trigonalis pila proſiliunt. At in veſica non ſemper ſunt tophi, qui ſunt friabiles: ſed plerunque marmorei calculi in ipſa generantur, & adeo duri, ut lapides marmoreos duritie æquent, & ideo ſemper tophi nõ ſunt, quoniam plerumque ad marmoris duritiem veniunt.

Sed poſteaquam de lapide ſermo incidit, hoc lectores admonere decrevimus: in noſtra hac alma patria Ferraria nõ eſt peculiaris morbus lithiaſis, id eſt calculus: & in experientia contrarium videtur, quam vel ab Hippoc. vel Galeno dictum ſit: plures enim ſenes Ferrariæ veſicæ calculo laborant, quam pueri: noſque duas potiſſimum calculorũ cauſas in noſtra patria aſſignamus, vinum & lac, quæ ſunt calculorum principia: in pueris ex lacte initium habent, ut Hipp. in lib. de puerorum calculo docuit: in viris ex vino. Nos experientia videmus in Piceno, ubi ſunt craſſiuſcula vina atque potentia, multos lapides generari. Ferrariæ autem citra annos centum mirum erat hominem calculoſum videre, quia noſtra Ferrarienſia vina aquoſa erant; nunc quia potentiora & validiora effecta ſunt, nonnulli lapides gignuntur. In pueris ex hac cauſa fieri non poſſunt, quia nondum adeo potarunt, ut materierum

terierum lapidem facientium copia acervata fit: sed bene à lacte initium habent. propterea nos propositionem illam tanquam veram apud Ferrarienses non recipimus, quod in senibus lapides renum magis generentur, in pueris vesicæ lapides. nam quantum sit de lapidibus vesicæ, absurdum est. Etenim in senibus in primis & secundis ut plurimum fiunt, & etiam renum lapides habent. In nostris autem pueris lapides renum habere, adeo rarum est, ut alba cornix, vesicæ vero lapidem quandoq; habent.

Nos autem petimus, quid intelligant per urinam ex qua fit sal: an urinam quæ possit in salem condensari: etenim si hanc intelligant, decipiuntur: quia omnis urina in salem condensari potest, ut ex chymistarum experientijs videre licet. Nos ex urina cētum fere puerorum, sub uno præceptore Grammatico, salem decies cōformari vidimus. Propterea nos intelligimus urinā, quæ in matulæ fundo materiam quandam albā habeat, & quæ adeo inhæreat, ut sal esse videatur. Si hanc intellexerint, nos potius dicimus ad vesicæ lapidem hunc præparatū esse. unde opus est per salem rubras arenulas intelligere: aliter dictū illud absurdum esset, quod ex Averroe referunt, urinā ex qua fit sal, lapidem rerū significare, &c.

QVi lapidem habet in vesica, quærit sane ut exteratur, non ut augeatur. id fit à cõtrarijs, non à similibus, cõtraria sunt, quę molliunt, quæ incidunt, & quæ proprietate quadã id agunt. incidunt aũt acida, & amara, & acria, & motus; molliunt humida. Quæ autem frangunt proprietate quadam, alia quidem genere conveniunt, alia autem dissidẽt; sed operatione similia sunt. Ratio nos ducit, experimentũ autem docet. Similia sunt lapides & mista terrea, quæ & metallica dicuntur. potestate autẽ, quæcunq; ex ipsis lapidibus nascuntur: ut parietaria, petroselinum, juncus marinus, caprificus, scolopendra, saxifragia. Hæc igitur si calore animalis attenuentur, magis agunt. calidissimum animal est columbus. Destillata rursus dividunt, & comminuunt: indicio est aqua ex alumine & sale nitro detracta, quæ argentũ colliquat. Si addatur ærugo, adhuc acrior est: sed alia est ratio metallorum & humidorum, alia siccorũ & lapidum, quos terere oportet. Et post pauca.

Convenit igitur, ut lapides qui hoc possunt, qualis judaicus fœmina, & sterc⁹ columbi, depasti his quæ lapidem cõminuere possunt, & vitrum, & opposita extremitates integumẽti cochlearũ, & radix herbaq; parietaria in carbones

bones redacta, & lapides astacorũ fluvialium in aquam redigantur; nam si sicut sunt exhibeantur, vix permeare poterunt, sed per alvum secernentur: quoniã ob antipathiam à jecore non trahentur, & si trahantur, non potuerunt comminuere adeo, ob crassitiẽ: & periculum est ne lapidi agglutinẽtur, augeantq; illum. Ea aqua limanij fructus succo mista, quod is rex sit dissecantium, & saccharo ob sympathiam jecoris mista, & epota in balneo, vacua jam vesica, vel per catheterem immissa, hoc efficere poterit. Laudant in hoc scorpionum etiam cinerem, quem ob difficultatem habendi prætermiseram. Manifestũ est igitur, cur omnia, & quomodo ad sympathiam & antipathiam, præter instrumenta reducantur: & quomodo mutatio est quod quærimus, mutatio autem ad finem. H.Card.de somnijs fol.297.

IDem quoque alio exemplo, in his quæ sunt extra nos, declarabitur. Quod autẽ in nobis etiam plurimę terrenæ partes redundent, jam est à nobis antea dictum: quæ quidem interdum admodum solidæ fiunt; sic in vesica, renibus & alijs partibus lapides interdum concrescunt, quia terrenæ multæ partes cum humidis tenacibus vi caloris in eam duritiẽ coquuntur, aut etiã humidæ glutinosæ salæ, quæ conti-

contininent multam terram; id non fiet, si materiam talem non exhibeamus, aut opificem calorem refrigeremus. Quod jam in talem duritiem est concretum dissolvi debet: non quidem à frigore, quod magis constringat, nõ à calore, quo concrescunt terrena, quod scilicet humore destituantur, sed humore debẽt hæc omnia dissolvi, cujus nimirum defectu sunt concreta: nam quæ frigore solo coagulata sunt, calore rursus liquescunt. Non potest autem esse tantum frigus in corpore humano; sed oportet ut hæc humiditas dissolvens penetret per totam concreti corporaturam, hoc est, ut tenuis sit & acris. Tenuitate facile ducitur, acrimonia penetrat atque dissolvit: nam etiamsi potestatem siccam habet, sat est, quod humida sit energia, quæ primo contactu dissolvat. Hæc igitur genitum calculum dissolvunt, quæ prius sunt à nobis latius explicata: gigni prohibent, quæ materiam nõ præbent, renesque refrigerant, veluti cibus paucus & alimenti non tenacis, terebinthina, cassia siliqua, semina frigida majora, exterius unguentum rosatum, santalinum. N Biesius libr. 6. Med. Theor.

Magno

MAgno hic adjumento eſt illa metabaſis, ſi cum accurata ratione ſuſcipitur. Vt cum ex oculo Phocæ muſculum attollentem palpebras Fallopius inveniret, quanquam & Galenus eundem viſus ſit agnoviſſe: ita ex ratione, qua lapides in viſceribus terræ fiunt, etiam quomodo naſcantur in animalibus depræhendes. Cornelius Gemma in cyclognomonicis.

CRaſſeſcunt vetuſtate Vina, evaporatis tenuioribus, aqueisque partibus: quod in ſapa aut defruto ignis vi brevi tempore contingit, id ſcilicet longiſſimo in vino uſu venit, ut conſtitutione ſemper majore denſetur. Et quod de vaſis abraditur exiccatis (Tartarum vocant) vini pars eſt in lapidoſam pene materiam concreta, extremis in ambitu vini partibus ligneæ vaſorum materiæ ſiccioris, aut doliorum fictilis occurſu denſantibus ſeſe, vino-a caliditate ac ſiccitate adjutis: ut extrinſecus ſæpenumero videmus in fontiũ marginibus, ſolis caloribus, ventorumque adflatibus lapideſcere materias quaſdam; & in humano corpore caloris nimij potentia concreſcere renum

renum calculos. Eadem Tartari ab extima Vini parte ratio; nam in medio licet caliditas, ſiccandique vis: at res, cujus occurſu duretur materia, non eſt. Atque hujus tanta interdum cum craſſitie craſſitudo, ut, diſruptis ligneis cingulis omnibus, ſtetiſſe vinarium vas aſſulis tantum ſuis compactum viſum aliquando referant, quod nulla unquã ratione antea niſi cingulis ſuis præcinctum ſubſtitiſſet, Tartaro intus aſſulatim tunc cõjunctum vas continente tantummodo ac veluti muri ita vallum ſponte ſibi ſua ſtruente vino, majore, quam Plinianum, miraculo, quo glaciatas aliquando vini moles ruptis vaſis ſtetiſſe legimus, vincente facile ingenti ac ſupra naturam frigore non facile cujuſvis rigoris vi gelaſcentis, vini naturam. Hic vero idem vini ſuccus, liquore fluoreque intus ſuo manente, ſuę ſibi tantum naturæ circumdato vaſe ſubſtitit: uſque adeo craſſeſcere, durarique poteſt vinum temporis diuturnitate. Neque id excrementum eſt: quippe & in flores, quos vocant, & in fæcem, quæ in fundo ſubſidit, tranſire de aquoſa, vinoſaque vini parte excrementa ſolent. Subſtantia vini ea eſt, non aliud, quam qua modo diximus ratione concreta, ſupra, infra, à lateribus, per totum vinum ambiens: ut excrementum eſſe non poſ-

ſit,

ſit,cui loc⁹ nullus deſtinatus à natura in ſucco ſit, niſi qua parte extrema ſuperficie cõtinenti vaſi hærens, quo expoſuimus modo, in materiam eam duratur. Hoc Ariſtotelis Raſile illud an vinum forte eſſet, quod in Areadia fumo duratum, ut potetur, abradi de vaſis ſcripſerit, Meteorol.4. ne addubitemus, facit; quod illius erat potus; Tartari non eſt. Quæ eo à nobis dicta ſunt, ut oſtenderemus, craſſiora ſemper fieri poſſe vina, poſtquam ea etiam in lapideam formam durari videmus. Braſſavola in Aphoriſ.

VVlgo omnes in more habent, ut cotes, quę ex ligno fagino cõficiuntur, quaſi veros lapides appellent, quum tamen revera lapides non ſint, & præter formam, lapidis nihil habent, vulgo Hültze Wetzſtein/ Paracelſus cap.1. de Tartaro. Quælibet res ex qua corpus fieri debet per coagulationẽ id fiat eſt neceſſe. Eſt autem coagulatio per ſpiritum ſalis. nam in eo vis & poteſtas coagulandi per hunc ſpiritum omnia ſalis corpora coagulantur. Eſt autem in hoc varia proprietas aliter enim lapides, ligna, metalla, herbæ, indurantur ca. 9. de Tart. Ita materia quæ quaſi dolij adhęret,

vini

vini tartarum dicitur. Ita in aqua materia reperitur crassa terrena, viscosa, quę subtiliter se à reliqua aqua separat & aquæ Tartarus dicitur. Ita in lacte, opso nijs cæteris & leguminibus, &c. cap. 1. Spiritus salis ea est natura, proprietas ac vis, ut omnia coagulet, hæc in ossa, carnem, lapides, metalla, lutum, sabulum pro insita cujusque ratione & proprietate, &c. capit. 5. Et mox.

Ita enim permixta sunt crassa & terrea subtilibus ut ante separatione vix putes. Et mox. Homines ut videmus ex terra, id est, nitro vel fimo urinæ sal petræ percoquunt, & id sal petræ in aquam prius reducitur: in qua dum est coagulatio, ad opus suum & laborem procedit, granulatur, cādizatur, quasi Zaccharum & in glaciem suam absque hominis opera prorumpit, &c. Ita quoque in homine accidit: materia apparatur per naturam, quam mox spiritus salis compræhendit, & coagulando Tartaream formā imprimit. Ergo quomodo id fiat occultum est. Supra homo nihil agit, quam quod colligit materiam ex stabulo vel alpibus & aqua macerat: in cupa vel aheno, colat, filtrat, elutriat, superflua abijcit, reliqua incoquit, & naturæ cōmittit, quæ extremum ornatum confert & spiritu omnia cogit. In natura externa omnia geruntur in silentio ars

humana

humana magno apparatu & multis organis eget,&c.

Opus ſolum,res effecta viſibilia ſunt. contra quomodo omnia gerantur, animo concipiuntur,vix intelliguntur,&c. cap.9.

CReata ſunt liquida,vel non liquida,ſi creata liquida illa pura ſunt & non mixta,ſed multa ſunt viciata,ſicut &aqua tandē per lapidem, nam in aqua materia lapidea eſt ſicuti ſi diu bulliat,vel deſtilletur, adhæret, ut tartarū in vaſe. Sic fontes quæ ex luto originem ducunt,ſunt lutoſi,& ubi fluunt,adhæret lutum: ſic & quando bibuntur faciunt lutum in ſtomacho,aut alijs membris:ita omnia,quæ producta ſunt à terra, quæ edunrur & bibuntur, habent in ſe mucilaginoſum quiddam, & viſcoſum, ſicut panis, qui ſic compoſitus eſt ut nulla viſcoſitas appareat, ſed ubi concoquitur, in ſuperficie lubricitas, & viſcoſitas extat,quæ cadit: poſtquam diu coxerit, induratur in fundo,ut & in ſtomacho fit,qui ſeparat: ſi debilis eſt, tranſmittit quoq; impura ad hepar & reliqua membra (quamvis panis inter omnia edulia minus viſcoſus eſt.)

Sic & agri, qui ſtercorantur plus lapidum habent: quia tartarus, qui in ſtercoribus eſt

resolvitur, & creat lapides. In Bohemia non stercorantur & quæ nascuntur in agris stercoratis, insalubriora sunt quã quæ in agris non stercoratis.

Vltima materia rei, est finis rei, sicut fons in prato ex origine lutosa facit alveum suum luteum: Si ex lapidibus & saxis, faciet alvum saxeum sicut apparet. Viscosum lutum adhæret lapidibus & facit lapidem, sicut sæpe videre licet, qui franguntur lapides in quibus plicæ & venæ cernuntur, quod una viscositas alteri in sedit: sic ergo & in nobis nascitur lapis, vel lutum, hoc est ultima materia. Si ergo in nobis ut in fonte, aqua se separat in prata, bene nobiscum agitur: quia impurum separatum est: si non separatur in nobis, male, ideo ij fontes boni, qui multum lapidum habent, & arenæ, & qui viscosos ac lutosos lapides habent, quia arenæ & lapides attrahunt viscositatem, & impurum separant à puro. Cęsar Fridericus solum bibit aquã & sic probavit, lyntheum purum intinxit aquæ & ponderavit in lance, postea in sole explicavit, & rursus ponderavit, & sic potuit judicare quantum tartari in se nasceretur, & ideo non bibit vinum, quia timuit tartarum, cujus peculiarem in se spiritum habuit. Item Cæsar omni mense novos silices ad fontes portari curavit, ut attraherent

herent viſcoſitatem. Sic ergo, ut in pratis,& rivulis alijs adhæret viſcoſitas vel lapidea materia ſic & in corpore debet ſeparari. Paracelſus de Tartaro lib.1.cap.2.

SEd facile eſt vires eas augere, quæ ignis opus conſequuntur. Velut cum aquam lapillum frangentem deſtillare volumus. Videamus igitur primum quonam pacto lapis ab aqua frangatur. Id perſpicuum erit cum primum viderimus quomodo lapis frangatur. Oſtenſum eſt hoc ſuperius, in foraminibus ipſis (Græci poros vocant) fieri fracturam. Itaque & aqua per eos penetrante ac dividente. Quomodo autem penetret, perſpicuum eſt, nempe ſubtilitate propria: Quomodo diſrumpat, nondum. Porro diſſecantia eſſe oportet, & qualitate quaſi temperata. Enumerat autem Galenus, quatuor præſtantiſſima in hoc genere: Paliuri ſemen, vitrum combuſtum, lapidem Cappadoceam, & lapidem Iudaicum fœmineum. Sed & alibi exiſtimat, ab extenuantibus frangi lapides. Omnis igitur ratio conſtare videtur, ut diſſecent & attenuent, citra caloris magnitudinem. Incidunt autem quæ amara ſunt, extenuant autem calida.

Doceat autem velim Galenus quomodo lapis Iudaicus incidit, & quomodo amara incidant, tum maxime quod is lapis non est amarior aloe, nec gentiana, quomodoque vitrum ustum, quod crassioris substantiæ est incidere possit, & in lapidem penetrare. Atque hæc utiliora fuissent, & magis convenientia illius doctrinæ, quam mathematicæ quæstiones, in quibus minus, quam mediocriter fuit eruditus. Aggrediamur igitur postquam ille hoc nos non docuit, docere, cur lapis ab incidentibus medicamentis, extenuantibus, atq; subtilibus frangatur. Palam est igitur, tenue esse oportere, ut penetret: incidens autem medicamentum est, quod siccare potest pingue illud & lentum humidum, quo lapis concrevit. Ergo siccissimū esse oportet, & tenuissimum. Quod si immodice sit frigidum, adhuc magis, ut aurum ab argento vivo, & lapides in hyeme. Constat autem difficillimum esse, ut tenuissimum sit frigidissimū, aut calidissimum, ac siccissimum, quod non lædat corpus atq; vesicam. Ob id igitur acetum destillatum probat. Sunt qui chrysocollam in eo dissolvant, aliaque hic, tum alibi expressa. Sunt qui limonis succum. In universum igitur sæpius destillata fit tenuior: juvat & raphani radix, taliaq; modo ne temperamētum excedant. Qui fieri

potest

poteſt ergo,ut vel lapis Iudaicus,vel cinis ſcorpionum, quæ craſſa ſunt ſubſtantia, vel cancrorum oculi,atterãt lapidem, cum craſſi ſint ſubſtantia, nobis autem tenuiſſimis opus ſit? quia hæc partes has continent, quaſi ſuccum,quæ à calore naturali non corrumpuntur, ob ſubſtantiæ circumveſtientis craſſitiem,ut in alijs vis non conſiſtat. Quare talia per catheterem immiſſa haud proderunt. H. Card.de Varietat.lib.10.de diſtillatione.

AQua igitur ipſa ex ſeſe frigida eſt facultate.Porro ſi extraneum ſibi calorem adeptã corpori humano perfundas putabis forſan ſimplex quoddam & naturale adhibitum medicamen: at ea quodam utiq; modo compoſita eſt, aut igneæ eſſentiæ partem aliquam nacta,aut certe omnino ipſam qualitatem. Vt enim ſi ſalem illi miſcueris ex confeſſo fuerit compoſita: ſic multo magis ſi igneam aut eſſentiam, aut qualitatem adjeceris, compoſitam quodam modo effeceris. Eſt porro etiam aqua limoſa quadamtenus compoſita,velut eſt aqua Nili,qui in Ægypto eſt.Sed ea per fictilia vaſa percolata,plane pura efficitur. Oportet autem non ſemel,aut bis terve percolare quando ne ſic quidem forſan ad amuſſim

puram queas efficere: verum quando per aquá infertur limus, omnem effugerit sensum, satis tunc est ut queas dicere, tales, ut ad usus ejusmodi, puras esse aquas. Gal.1. Simpl.F.ca.5.

AT quæ tenuium sunt partium, & perfacile penetrare possunt, & in profundũ subeuntia molles animantis partes mordicant. Mordicant etiam magis quæ cum tenuiũ sint partium insuper inæquabilem obtinent temperiem. Sed supra demonstratum est, inæquabilia esse propemodũ omnia. Quippe aut impossibile est, aut perdifficile, ullam invenire substantiã quæ ad amussim similarium sit partium. Vinum namq; diximus unum quidé habere in se recrementum crassarum partium, unde, dum temporis spacio secernitur,ferturque deorsum, fæx consistit: aliud vero secundum, quod florem nuncupant, quod dum vinũ fervet supernatat, sed postea ad fæces subsidit: tertium, aqueum, quod toti vino permistum est, hoc primario potissimumq; fervet: quartum præter hæc est ipsum revera vinum. Gal. Simpl. Facult. lib. 4, cap. 3.

NAm vinosæ vini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigerantur: at aqueum recre-

recrementum putrescens adscititiam caliditatem obtinet, velut cætera omnia quæ putrescunt, fitq; acetũ quiddam & contrariæ facultatis partibus compositũ, partim refrigerantibus, partim calidis sicuti ustorũ lignorum omnes cineres. Etenim in illis aliquid velut fomes quidam igneus per exiguas partes dispersum est, quod & valde calidum est, reliquũ omne tum terreũ est, tum frigidũ. Idcirco cum cinis aqua maceratur ac per rariuscula quædã corpora modice colatur, fit ut calidæ acresq; partes una ferantur: reliquum quod est, frigidum est, nempe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocant eam aquam homines Græce conian, Latine lixivium: idque proportione quadam aquæ marinæ, & muriæ dispositionis, generationis, & facultatis ergo respondet: illa enim ex aqua saleque constat: at aqua quę cinerẽ abluit, tum ex ipsa, tum ex partibus quas secũ rapuit, composita, hoc pacto effecit nominatã conian, id est lixiviũ: quod nisi antea scias ex aqua, ac fulginosis cineris partibus effectum, forsitan simplex & incompositũ esse corpus existimes. Ejusmodi quiddam in aceto nobis evenit. Nam cum nequeamus sensu cernere ipsius generationem, rationi diffidimus. Cæterũ si nil aliud saltem considerãtes omphacis cum eo differentiã æ-

quum esse credere sciemus, quod non acidus modo, sed & acris quidam alius ei permistus sit sapor: quamobrem perfecte omphacis succus refrigerat, hinc est quod summe ardoribus prosit, sive ori ventris impositum, sive totis hypochondrijs, sive cuilibet alij quod refrigerare libeat. Secus vero habet acetum: nec enim ad unguem unum est, neque tantum acidum, sed & acris (alius quidam ei sapor permistus est.) Idem ibidem.

QVærendum ex tuis istis verbis est: utrum prius accidat parti additæ unio, an transmutatio. Nam quod sub animalis forma est, quî fiet unum cum eo, quod eadem sub forma non est? Non est autem sub eadem forma nisi transmutatum. An vero transmutet prius, quã uniat? Nequaquam. Non enim erit eadem forma in duobus corporibus. Duo sane fuerint, si unita non sint. Quid igitur? Vnita erit mathematice prius, & materialiter, quam naturaliter, & formaliter. Qua lege unum est corpus mathematice ramus arboris: Cujus pars etiamnum vivens, pars arida est. Est hoc unum eadem quantitate, non eadem natura. Quapropter est abs te vehementer erratum qui præposueris unionem, neque docueris,

quæ,

quæ, qualisve fuerit. Iul. Cæsar Scaliger Exercit. 101.

AN vero eadẽ auctrix, & altrix? Eadem. Sed ne post tricesimũ quidem cessat, ut ajunt, annum. Neque informatrix ipsa, sive plastica. Carnes enim reponit, eisque etiam apponit figuram non sine pristinæ figuræ commensu, atque portione. Quare non recte Vives. Nutritio est conversio nutrimenti in corpus animatum. Sed nutritio est unio naturalis nutrimenti transmutati. Idcirco non recte idem vocat virtutẽ mutatricem, incorporatricem: Alia namque mutat, alia incorporat. Itaque apud Galenum utrumque separatim habetur μεταβολὴ, καὶ ἕνωσις. Idem ibidem.

AT si tofus est Theophrasti πῶρος, sic enim Aristotelis πῶρον Theodorus interpretatur: jam neque tibi, neque mihi tofus compertus est. Nam tofum vulgaré, quo Vascones ad furnos & caminos utuntur, brutam quidem inter lapides massam esse cõstat. Gravis est, surdus est ad ictus, & pertinax: neque abijcit, nisi quantum mallei mucrone decuti-

tur. Nusquam præterea squamma. Multum igitur humoris continet. Facies tristis, color cinereus, ignobilis, planicies subaspera. Fluvialis tofus, qui ad Oltum eruitur fluvium, levis, spongiosus, atque ad pumicem accedens. Theophrasti vero πῶρος Pario marmori similis est. At Pariũ marmor mihi notissimum est, tam à tofo distans, quam à blumbo aurum. Nostrum tofum expressit Maro, cum in secundo Georgicon, appellavit scabrum. Scal. exercit. 57.

NEque enim subtiliter dicitur: Mistio est miscibilium unio. Vnionem audio: miscibile quid sit, quæro. Nam quî sciam, cum quid miscere sit, ignoro? Idem sane per idem declaratum est. Potior hæc. Mistio est motus corporum minimorum ad mutuum contactum, ut fiat unio. Neque enim velut atomi Epicurei sese contingunt: ita corpuscula nostra, sed ut continuum corpus, atque unum fiat. Fit enim unum continuatione terminorum: quæ est mistis omnibus communis.

Ex hac concluduntur mistionum genera duo. Alterum metaphoricum: veluti cum Scalanorum genus ex Italo, atque Germano mistum esse dicam. Alterum siccorum corporum,

porum, ſicuti milij, & fabarum. Quorum ex conventu atque coactione non fit unum, niſi laxa ſignificatione. Vnumquodque enim granum ſibi ipſi totum quoddam & eſt, & manet: neque cum alio continuatur ad unum corpus efficiendum. Erit igitur eorum miſtio, quorũ extrema cum aliorum extremis unũ fieri potuerunt. Ejuſmodi liquida ſunt. Quorum ratio cum ſit, alieno finiri termino, facile eveniet, ut ſi duo liquida ſeſe contingere incipiant, unum tandem fiant: propterea quod ſuis terminis coarctari nequeunt. Liquida non omnia intelligo, ne quis ſophiſta de oleo, & aqua intempeſtive argutetur. Sane tam inter eadem, quam inter diverſa fieri poteſt miſtio. Quippe cum aqua aquę, & cum aqua vini. Quid ſit ergo miſtio, & quorum ſatis patet: nunc quot fiat modis, videamus. Tres ſive modi, ſive gradus, ſive ſpecies miſtionis. Primus eſt eorum, quæ ubi coiere, rurſus diſſolvi, ac diſſita eſſe poſſunt. Cujuſmodi eſt, aquæ, & vini.

Separantur enim ederæ vaſis apud Plinium, ut accepit à Catone: apud nos panno. Quare cum mulierculę, tum ſuperſtitioſi medici vinũ lotũ appellant; quod ita cõparant ut ſine noxa, quemadmodũ nugantur, præbeant febrientibus. Alter modus eſt, veluti in ijs corporibus

natu-

naturalibus, quæ mista imperfecta nominantur. Quorum duo gradus sunt. Alter debilior, ut nubis, pluviæ, venti, grandinis, nivis, roris, pruinæ, & ejusmodi. Sunt enim exhalationes mistæ ex pluribus elementis, quæ haud magna cum re dissolvi possunt. Cohærent tamen arctius quam prima illa lege mistionis. Alter gradus est firmiori nexu compositus: velut in glebis, & lapidibus. Horum enim partes à partibus haud temere separantur. Mista tamen vocant potius, quam alia nobiliore appellatione, quoniā videntur illis entia inchoata. Tertia mistio reliquorum est, quæ nonnulli arbitratu suo composita, privatim nominarunt. Qualia sunt corpora, quæ vegetantur, ac sentiūt. Tot igitur modis unio fit. Nunc videamus, an una, eademq; ratione unio hæc in omnibus dicatur.

Dicitur sane. Quando unum corpus est cujus partium omnium extrema unum sunt inter se. Cæterum quia omne quod est, unum est non solum propter cōtinuationem & privationem puræ contiguitatis, sed propter actum quoque: cujus vi fit, ut illæ partes unum fiant, contemplandum præterea est: an hæc tria genera unionis sint sub ejusdem actus ratione. Actum voco formam, perquam fit, ut partes, quæ natura sua, atque aptitudine coire pote-

poterant ad unionem,unum actu ſint.Reſpõdeo.Non eodem modo formæ contineri. Ac de duobus extremis quidẽ ſatis patet.Quippe alia ratione unum eſt aqua vino miſta, alia ratione ſunt elementa in corpore leonis.

Crama namque illud, id eſt aqua dilutum vinum,non eſt unum forma,ſed continuatione ſola. Cujus corporis partes tot ſunt ſimul, quot erant in ſuis totis prius,quam miſcerentur. Vnaquæque ſcilicet ſub priſtina forma ſua. Vt aquæ pars aqua ſit,vini vinum. An vero actu ſint partes illæ? Non ſane actu mathematice: quoniam non ſunt terminis præſcriptæ, atque ſeparatæ, ſed ſunt actu naturali. Quia ſua quæque ſub forma propria. Quare non eſt unum ens formaliter, crama: ſed tot entia, quot ſunt intus,& extra partes. Vnum vero per accidens, ſicut unum eſt frumenti, fabarumque cumera. Hoc minus eſt ſenſibus manifeſtum,ſapientum intellectibus non occultum. Idcirco ſub ſua quæque forma ſervatæ partes deintegro poſſunt ſegregari: ac ſeorſum ſub ſuæ formæ vi coire ad unionem. Id quod clarius quoq; patet in auro & argento per aquæ illius mirabilis facultatem ſeparatis.Quę eum quaſi ſub una forma noſtris oculis apparerent,artis ſubtilitate effectum eſt, ut non unum corpus naturale, ſed duo ita fuiſſe,

isse, uti postea visa sunt intelligere necesse sit. Quod sane fieri non posset, nisi formæ ipsæ integræ, ipsæ partes sub suis formis actu naturali servarentur. Quæ partes, si essent siccæ, nullam crearent in animis nostris difficultatem: sed quia liquidæ sunt, alterum amittunt, id est extremorum præscriptionem, alterum servant, scilicet formas ipsas. Idem 101.

QVia tum vini, tum olei partes quædam partibus omnibus aquæ sunt tenuiores. Contra, quædam crassiores. Idcirco ex utroq; fæx: quod in altero Barbari Tartarum, in altero Latini Græca origine Amurcam vocant. In aqua nihil, aut parum. Tota igitur aqua simul sumpta, tenuior. Nihil enim crassi, aut perpusillum habet: sed pene tota æqualis est. Celeriter propterea resolvitur: quod in consumptarum partium locum, nihil est, quod subeat, aut substituatur. At in oleo multum quidem aëris est, sed aquæ, ac terræ plurimũ. Idcirco frigore condensatur in corpus viscidum, ac lentum. Quapropter consumptis aëreis partibus aqueæ succedunt, quæ attenuatæ obtinent illarum locum. Idem.

Quem-

QVemadmodum & ſtercoratio. Qua efficitur, ut lætamen cum gleba cōjunctum Solis vi reddatur efficax ad fovendum ſemen. Natura è monte materiam nō devehit in fornacem: ignem non ſupponit. Iam ſcis, quid velim. Floccibus aquam non indit Natura. Indita aqua cum illis fervet opere Naturæ. Nō eſt lora miſtio floccum, & aquæ, opera partiarij, aut vinitoris: ſed aqua, & floccum ſuccus: quæ duo facta ſunt unum Naturę vi. Quæ duo valde vereor, an ulla queas arte ſeparare. Vereor, inquam. Quia nihil auſim de te vel Naturæ univerſæ, vel cuivis arti non polliceri. De igni vero æque falſo. In Alembico enim coacervata & multa, & diverſa, & cōtraria ita miſcet in eo vaſe, quod Recipiens dicitur à ſufflatoribus, ut nulla vi præterea ſejungi queāt. Et profecto hoc quoque à Natura, ne ignis naturam temere diſcerpas à Natura. Vbi alia quoque ſubtilitas. Videtur enim etiam heterogenea miſcere. Saccharum enim aqua incoctum ita miſcetur ut non queat ſeparari. Et urina, quæ falſo dicitur conturbata, cum contra craſſiores partes à tenuioribus ſeparantur, rurſus ignis opera cum ijſdem illis confuſæ commiſcentur.

Idem.

Vt ſub

VT ſub ignis forma qualitates aquæ poſſint conſiſtere. Quod ſi eſt auri eadem atque æris forma, ex ære procudito Philippeos, & cum præfecto, aut mercatore agito argumentis, illud eſſe aurum. Tibi ſane mercator illudet. Aut ſi ad gradus formæ decurras in elementis, quaſi ad formales differentias, quibus miſta diſtinguantur: jam verũ erit Parmenidæ illud, unum omnia: Tum vera erit hæc. Plumbum eſt aurum ſub alia qualitate. Sicut Gallus ſine plumis à ſeipſo differt pennato: ita erit idem. Aurum eſt aurum ſub plumbi qualitatibus. Felices follicoli, carbonivori, quibus tam bella fundis principia. Nam ſi plumbi qualitates non ab ulla forma peculiari prohibentur in materia plumbi, haud erit difficile aufferre illas, deinde quæ auri ſunt, imponere. Idem.

HVmanum caput effoſſum ſcribit Albertus aurea ſcobe plenum. In eo illud aurũ, vel natum, vel generatum credere, puerilis, & extremæ dementię eſt. Equidem ſic defoſſum puto, hæc ut impoſtura miraculo eſſet ignaris rerum naturalium. Fortaſſis ambitioſus nebulo id caverat teſtamento. Idem.

Quapro-

QVapropter quæ guttatim adhærescunt, guttatim quoque concrescere, par est. Iccirco argentum vides, & æra, cum franguntur, pustulata. Etenim in eorum inanitatibus non nihil alieni est, quippe aër: ut in quæstionibus nostris responsum est. In quibus vero tanquam filamenta delineantur: cujusmodi videmus quosdam lapides, quibusdam quasi venarum pictos ordinibus: id adeo fit, quia materia, non rotundis, sed oblongis corpusculis alligatur à Natura. Crustatim alia, velut Aster Samius. Quibus in rebus opificis catæ subtilem convenientiam depræhendas. Guttę namque puncti referunt naturam: venæ, linearum: crustæ, superficierum. Hoc ita esse videtur ex eo, quod inchoata materia hæret in quibusdam, quæ nondum perfecta fuerit. Vt extrinsecus applicari, non intró admitti, manifestum sit Quasi si concretam aquam pomo cuipiam adhærescẽtem, diceres, fore aliquando ipsius partem pomi. Idem Exercit. 102.

QVod si ex ære quoque aurum conficit Natura: unum tantum metallum erit, cætera omnia metallica, & impura. Tanto mi-

nus excocta fuerit divisio. Ferrũ tamen excoqui à Natura, ut fiat æs; id vero falsissimum est: quippe æris usus prope nullus. Si ferro carendum sit nobis, haud sane bene, ut opinor, agatur nobiscum. Quin hoc ad hominis usum moliri parentem Naturam potius, quam aurum, qui negarit, in avaris, non in sapientibus, huic liceat nomen suum profiteri. Adhæc, quemadmodum occœperamus constituere, unaquæque species sibi pura, & perfecta est, præsertim si ad genus referatur. Quare non licebat tibi, per ista secare genus sic. Metallum aliud perfectum, aliud imperfectũ. Quod enim imperfectum est, in nulla specie, vel reponitur, vel existit. Cujusque enim rei essentia est indivisilis. Essentia vero sola, perfectio est. Itaque si plumbum est impurum, aliud est quam plumbum. Præterea minus inter se respondent differentiæ. Argenti duritia ad secandum, nulla: & facile flectitur, nedum retunditur. Ferri duritiei nulla comparabilis. Illud etiam minime aspernandum. Ferrum, ut ex eo fiat æs, an in ea excoctione durius fieri, sit necesse. Ipsum enim durius ferro non est. At ferrum quo magis coquitur, eo durius fit: deponit namque lentorem illum, quod fiat primum quidem rigidum, tandem vero fragile. Sic etiam illud Aurum, quod è Garumna

colligi

colligi vidimus, prima fuſione cerea propemodum mollitudine fuit: altera deinde, ac tertia durum factum eſt. Idem 106.

CÆterum ſuo quicque incenſu perfectum eſt, uti dicebamus. etiam Pulex, etiam Ricinus. Tam vero ſunt alia metalla à Natura inſtituta, ut ex eis aurum fiat: quam cæteræ animantes, ut ex eis fiat Homo. Non eſt ergo verum, quod infra dicis: Aurũ eſſe metallorum perfectionem, atque conatum. Idem Exercitat. 106.

IVſtinus libro ultimo in Galatiæ parte tum ferrum celebrat, tum aquarum vim ad ejus temperationem commendat, duobus poſitis nominibus fluviorum, Birbili, & chalybe. Hoc apud alium non memini. Ad Bilbilim in Celtiberis fluvium Salonem, qui ferrum gelaret, ſcis à Martiali commemoratum. Scaliger in Card. Exercit. 107.

HAbet enim omne vinũ in ſe terreum, & ſiccum aliquid, quod deſtillatione nobis ſeparatũ, adeo tetrum, horrendum & graviter olentem fœtorem exhibebat, ut non tantum vaſcula quibus continebatur, ſed & ipſas ci-

ſtas imo & conclavia adeo inficeret, ut Aſam fœtidam quis accenſam dejeraſſet. Epiſt. Matthiol. lib. 4.

OMne quod ſolvitur neceſſe eſt ſalis aut aluminis, vel eorum conſimilium Naturam habere: Neque inveniuntur alia ſolvi præter illa. Igitur quæcunque ſolvuntur neceſſe eſt per illorum naturam ſolvi, id eſt, in aquam redigi. Quoniam autem major ſalium horum mineralium pars, & præſertim ex ipſis paratę aquę, ſapore & odore fœtidiſſimę ſunt, horribiles & arroſivæ, atque humanæ naturæ abominabiles, ideo pleriq; iſti hactenus plurimum omnium ſapere viſi ſunt, optimeque ſe rem confeciſſe putarunt, qui illud ita pararent, ut minimum in ſe corroſionis haberet, ac quam tutiſſime intra corpus exhiberi poſſet. Hæc & ipſe mecum animo, quam diligentiſſime reputans, in eam tandem deveni ſententiam cum experientia doceat, Salis communis uſum humano generi, non modo, non noxium, ſed pergratum, ac adeo neceſſarium eſſe, ut neque ſine ipſo aliquis nobis cibus arrideat, & ſi quis diutius eo abſtineat, in morbos ex putredine facile incidat, ſicut & carnes, & reliqua edulia humidiora pleraque, niſi ipſo

ipſo conſerventur, putredini quam maxime, ſunt idonea: cum inquam, ita ſe hæc habeant in ſpem veni ſale illo communi fœlicius fortaſſis & æque facile, ac alijs Salibus in aquam aurum redigi poſſe. Idem ibidem.

IGitur duas materias eadem forma non eaſdem informabit. Aut materia erit ſine forma: ut ſis novæ Naturæ parens. Etenim aquæ materia ſine aquæ forma eſt: & tamen illius formæ materia eſt: Poſtremo quam craſin veram negas eſſe miſtioné, veram efficis generationem. Vnum ſane vero erit, quia forma una: quippe vini. Quod etiam ſcribis, vini formam ubique conſpici: tantum tribuis hic oculis ad formarum viſionem quantum ſupra, cum eis ratiocinationem atque judicium attribuebas. Craſeos vero ac generationis differentiæ familiari exemplo deprehendentur; Aqua ex qua vinum fit in uva, formam amittit ſuam, & fit vinum. Quæ vino admiſcetur aqua, ejus forma non corrumpitur in ſimplici miſtione illa, quemadmodum in tractationis hujus acceſſu dicebamus. Eſt enim, per craſin unum aggregatione liquidorũ; ſicut acervus cumulo ſiccorum. Differunt autem, propterea quod in liquidis nihil intercedit: in ſiccis

aër intercedit. Quod vero etiam aquæ forma, non autem ſola vini forma in tua illa ſit craſi, tuo, aliorumq; pateat experimento, quorum opera vinum ab aqua ſeparatur. Scal. in Card. Exercit. 101.

SAcchari & mellis præſentia ſæpe noxia fuit. Si ſpiritum mellis acutiſſimum & venenatum, ſi ſacchari abominabiles fæculẽtias conſpexiſſent Arabes, parciores & cautiores procul dubio fuiſſent, in prolixa & nimis ampla Syruporum oſtentatiõne. Vide de hoc Cratonis Epiſt. Vbi probatur Zacchari uſus Calculoſis. Vide I. Holl. de apparatu Zacchari, & L. Gryllum de Saporibus, &c. P. Severinus.

NEque vero tibi negandum fuit, eum eſſe ſubſtantiam: quia duæ forent ſubſtantiæ in ære ignito. Profecto ita eſt, queẽadmodum in ſpongia vel in panno aqua. Metalla namq; rara ſunt: quam ob cauſam pulſata ſonum edunt. Aëris enim plena ſunt. Id quod etiam, cum franguntur, apparet ex ſitu partium. Puſtulata enim videmus ea. Ob eandem rationem celeriter concipiunt calorem. Quod vero obijcis: accenſo, atque extincto in metallis

tallis igni: fore,ut fiat generatio,& corruptio: quid mirum? Quid tum poſtea? Fit hoc item perpetuo in corporibus animalium. Simili modo generatur ignis in meatibus ferri: continetur,variatur,creſcit,decreſcit, corrumpitur: quo ros,alijque ſucci, ſpiritusque ipſi in carnis partibus carne vacuis. At ſi eſſet ignis accidens, non ſubſtantia: proprium ſubjectum neutiquam corrumperet. Nam quæ natura conſumit principia ſua? Actio ſiquidem fit à valentiore. At principiorum actio eſt, non paſſio. Et à ſubjecti principijs fluunt accidentia. Si igitur depaſcitur & abſumit id in quo eſt; Igitur non habet proprium ſubjectum. Aut ergo ſubſtantia eſt, aut non ens. Scalig.Exercit.12.

IN arboris ramo, cujus pars arida, pars vivens eſt,duo ſunt naturalia corpora,duę materiæ,duæ formæ, eæq; non ejuſdem generis. Neq; enim de utraq; parte univoce (id eſt ſecundum eſſentiam & definitionẽ) prædicabitur id,quod de alterutra dicitur. Hæc enim arefacta pars,privata eſt ea forma,quã prius habuit,& quã retinet adhuc ea quæ vivens eſt. Ex his apparet,Scaligerũ priore loco Mathematicũ opponere Phyſico:& quod ibi dicit: Nõ ea-

dem natura: hoc posteriore loco dicere: Non ejusdem generis. Ramus, cujus pars arida, pars animata est, unum corpus est mathematice, id est per continuitatem mathematicam. Partes enim nondum sunt separatæ, discretæque, sed adhuc communi cohærent magnitudinis termino: non per physicam seu naturalem partium inter se continuationem, colligationem, synechian, & cohæsionem; non per formæ continẽtiam & unionem essentialem: non per dependẽtiam ab uno principio: quia non una eademque communi forma substantiali est formata utraque & arida & viva pars: non per contactum mathematicum. Coclenius in Scalig.

RAmum autem vel virgã, partim viridem, partim siccam non habere veram seu naturalem partium continuationem, propter diversas formas essentiales: viventes vero partes inter se continuatas esse unitate formæ informantis: sentiunt etiam Scholastici Doctores plerique. Ijdem quoque sentiunt, substantias, quæ distinctis formis essentialibus constant, non constare eadem numero materia. Idem ad finem proprie.

Si fer,

SI ferrum esset cat' usian ignis ignitum: Id est, sequeretur dari naturalem penetrationem corporum & dimensionum ignis & ferri. Sed hæc in natura est adynatos: 2. sequeretur & duas perfectas formas substantiales ignis & ferri esse in eadem materia ferri. 3. necesse esset totum ferrum redigi in cineres. Futurum enim esset, ut ignis summa vi ardoris omnem ferri frigiditatem, siccitate vero intensa omnem humiditatẽ ferri tolleret, partesque ferri nullo amplius humidi glutino cohærentes in cineres dissolverentur. At hoc nõ fit. Non igitur substantia sunt, sed qualitate sua ignis implet ferrum, neque calore igneo; eoque non numero, sed specie, eodem. Id est, calor, qui est in igne, non transfertur in ferrũ, sed alius similis in ferro per contactum ignis excitatur. Idem.

POstrema sentẽtia probabilior hęc est. Ferrum vere est ignitum, vel quia multis extremis particulis ignescit, sed ita ut forma ferri corrumpatur: vel quia omnibus poris & venis ignem accepit aliũ numero ab igne, à quo fit. Poros in ferro esse probat experiẽtia. Quo enim plus tũditur, eo magis partes ejus com-

primuntur ac ſubſidunt, factis nimirum poris anguſtioribus. Igneſcere quaſdam ferri particulas itidẽ teſtatur πεῖρα. Videmus enim eas, quæ igni viciniores ſunt, redigit tandem in cineres. Hoc autem fieri nõ poſſet, niſi prius in ignem, corrupta ferri forma, cõverſæ fuerint. Idem.

IGnis non currit ſeu accedit in ferrum, ſed in loco remanens ſuarum particeps virium ferrum reddit, & ſe totum illi cõmunicat. Ignis eſt in ferro ȣ̓ μεταβατικῶς, non tranſitive ſeu ex progreſſu, ἀλλὰ μεταδοτικῶς, ſed diſtributive ſeu participative, ſeu ex participatione. Id eſt, Ignis cum ferrum ſit candens & ignitum non progreditur, nõ tranſit, non excurrit ſubſtantialiter in ferrum: communicat autem ſe & vires ſuas ferro: quia aërem qui in poris eſt foris, ipſe manens loco ſuo, accẽdit, & ipſum ferrum calefacit atq; ignit. Idem.

SI ſubſtantia ignis eſt in ferro, fiet penetratio diametrorum ſeu corporum. At ab hac natura abhorret. Ergo ſubſtantia ignis non eſt in ferro. Reſpondeo. Negatur conſecutio. Ineſt enim in poris ferri ignis, ſicut aqua in ſpongia, vel madido panno. Ac ſicut ſpongia vel madidus pannus madefacere dicitur, ratione

aquæ

aquæ quæ illi ineſt: ſic urere dicitur ferrũ ratione ignis qui eſt in poris ferri. Idem.

ET exerc.16.ubi quæritur. Cur ferrum vel æs citius & facilius igneſcat, quam lapis, reſpondetur ſic ad quæſtionem: Quædam difformem habent conſtitutionem. Sunt enim eorũ minimæ partes ſolidiſſimæ, ſed ſitus earum laxiuſculus, ut in ære. Æris igitur raræ partes, æris vacuæ, aëris plenæ, cito concipiunt calorem: Ignitæ poſtea partes illæ ſolidiores conceptum retinent diutius. At in lapide non inſunt illa tam crebra, tam laxa intervalla, ſed ſolidæ partes intra ſe conjunctiores atque affines magis. Iccirco ſerius ignem intro admittunt. Et Origines lib.2.de principijs cap.6. Si maſſa aliqua ferri ſemper in igne poſita ſit, omnibus ſuis poris omnibusque venis ignem recipiens, & tota ignis effecta, id eſt, ignita vel igneo calore informata, &c. Ita enim loquitur; quia ignis uſquequaq; immeat poros venaſque ferri, quæ Græcis eſt perichoreſis, intima pervaſio. Non dico igitur uſquequaq; immeare ferrum, quia quædam ferri partes tantum ardorem ſeu calorem ſummum concipiunt, Idem.

Sic

Sic etiam ignis non impertit seipsum eundem ad numerum ferro, sed ignem generat agendo in ferrum, & ex eo educendo aliam ignis formam. Quæ sententia etiam Zabarellę est. Porro autem quæritur: An in ferro ignito præter calorem ignis, sit etiam subtilitas, raritas, & levitas ignis. Respondetur: Sunt in ferro ignito etiam levitas & subtilitas ignis, quatenus ignis natura in eo esse dicitur, per unionem. Nam, ubi est rei forma substantialis, ibi quoque sunt emanantes ab ea qualitates, cum illa harum effectrix sit interna, nō externa. Iam vero ignis calens, rarus, subtilis est in ferro cnadente. Idem,

Quæritur etiam: Ferrumve, an ignis urat? Resp. Quæstio est similis huic: Hominisne anima an corpus scribat, edat, bibat?

Postremo quæritur hic: An unio ferri & ignis sit essentialis, an accidentalis. Resp. Mihi videtur esse accidentalis, Id est: ferrum & ignis fiunt unum non per se, sed per accidens: fere sicut spōgia & aqua qua imbuta est. Nam: Ea tantum faciunt unum per se quorum alterum est actus, alterum pura potentia. Hic ferrum non est pura potentia. Ergo ferrum & ignis

his non ſunt unum per ſe. Seu. In unione eſſentiali, unum eſt materia, alterum forma. Ignis non eſt vere forma uſiodes ferri, nec ferrum eſt materia ignis. Ergo ignis & ferri non eſt enodes.

NAm quæ tenuior, etiam levior eſt, atque hanc facilius aliud corpus permeat. Graviorem efficit craſſitudo, ut marinam: quæ eo nomine pondera maxima ſuſtinet, & Lacus Paleſtinæ (quem alij mare mortuum, alij ſtagnum Aſphaltites, ſeu bituminoſum appellãt) ob aquæ gravitatem inſtar luti omnia fert, nihilque ſubmergi patitur, non ſi hominem ligatis manibus pedibusque in illum conjeceris, ut ex Ariſtotele docet Galenus. Idem teſtatur Plinius, & præterea refert in Armeniæ majoris Arethuſa nihil mergi poſſe. L. Iubertus paradox. decad. 1. demonſt. 6.

PAulus Ægineta Galenum & Hippocratem imitatus, eam frugi eſſe putat, quæ æſtivo tempore frigidior, brumali vero calidior eſt. Vitruvius aquæ probitatem experitur, ſi in vas corinthium, aut alterius generis, quod erit ex ære bono, ſparſa, maculam non fecerit. Optimam

ptimam quoque esse dicit, si in aheno defer-vefacta,& postea requieta & defusa fuerit, neque in ejus aheni fundo arena neque limus invenietur. Palladius eadem refert, dum novam aquam probare docet. Idem ibidem.

IN peregrinationibus aut exercitu aquam sic præparari docet Aëtius : Fossæ plures ordine dispositæ consequenter sunt faciendæ, ab altissimis locis ad declives. In has terra dulcis ac pinguis ex qua fictilia fiunt, mittatur: deinde per eas ducenda est aqua. Semper enim in fossis relinquetur aquæ malitia. Idem.

NAm omne decoctum, quamdiu coquitur, salsius semper evadit, post auté amarum, ut docet Galenus, & vel ipsa aqua optima (inquit) diutius cocta salsam qualitatem tandem assumit. Hinc videas jus carnium modice salsum, si paulo diutius decoquatur, ut aquæ portio multa in vaporem abeat, salsissimum evadere. Ob id fontanam elixatione ad meliorem naturam permutari (quæ deterior est natura) dicebat Galenus, hæc caute & prudenter subjungens: Nisi longius decocta, salsa redda-

reddatur. Nam salsedo fit, cum tenuiores aquæ portiones coctura pereunt, & crassiores quęque aduruntur, quomodo etiam mare salsum evadit, Solis calore in halitum solvente quicquid erat tenuissimum atque dulcissimũ. Idem.

Limosam, salsam, & bituminosam excolatione purgari scribit Ægineta: optime vero transcolari per arenam dulcis, id est insipidi soli. Huic ergo quadrarit emendatio paulo supra ex Aëtio tradita, quæ fit aqua per fossas terræ dulcis permeante. Nam cum per cæcos meatus transfluit aqua, in ijs quicquid erat crassioris & alterius substantiæ deponit, novamque ex solo dulci insipidove quod verrit, qualitatem nanciscitur. Ea ratione fit, ut in maris littore semper aqua dulcis inveniatur effossa terra, quod docet Alexand. Aphrod. & ante illum Arist. Etenim per terræ (quæ non nisi in superficie salsa est) angustias transcolata marina, ex adustione contractam salsuginem, amarorem, crassitiemq; amittit, & terræ novas qualitates accipit. Idem.

Hoc

HOc quam illo modo magis frigefit aquanam & puteana deprompta, si in eodem puteo pernoctet, frigidior erit. Cujus eventus causam investigat Plutarchus, sed non satis explicat. Id forte accidit quia noctu aër frigidior per antiperistasin tepidiorem putei aquam reddit: eoque fit ut jam depromta minus sit tepida. Nive circum posita aut glacie, quibus hæc in promtu sunt (ut Romanis; qui ad magnatum delitias adhuc hodie in subterraneis locis, palea involutam nivem per maximos æstus servant, ut audio) vas eximie refrigeratur. Neronis principis inventum est, inquit Plinius, decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare, ita voluptas frigoris contingit sine vitijs nivis. Idem ibidem.

SEd mirum est illud, nitrum (quod sane calidum apparet) frigidissimam reddere. Ad principũ delitias, qui ęstivo tempore frigidius bibere appetunt halinitrij libram in maluvio aqua pleno dissolvunt. In id lagenas vitreas, stanneas vel argenteas, aqua plenas immergunt, & assidue movent. Ea ratione potus non modo jucundior, verumetiam salubris paratur.

Idem.

F I N I S.

INDEX



Luciani Hermotinus.

SI quis piam fortasse illorum interrogaret dic mihi inquies, ô Lucine, si quis Æthiops qui nunquam alios homines cõspexisset, quales nos sumus, propterea quod nunquam peregre extra patriam profectus sit, in quadam corona & conventu Æthiopum pertinaciter affirmaret, diceretque nusquam gentium homines albos aut flavos reperiri, nunquam ullius alterius coloris quam nigros: nunquid tidem alijs, suis dictis faceret? Diceret autem ad illum quispiam ex senioribus æthiopibus. Tu vero unde hæc cognita explorataq; affirmas audacissime? neque enim unquam à nobis suscepta ad exteros populos profectione peregrinatus es. Neque per Iovem qualiter apud exteras nationes sint, unquam pervestigasti, aut præsens oculorum testimonio didicisti.

INDEX AVTOSCHEDIVS LIBELLI.

De aquis, locis, succis &c. lapidescentibus.

T D. Lon-

Cor-

dura-

In

Reme-

Remedia ad Calculos 5.10.12.103.213.215
Vide Cap.lib.lib.4. Mercurialis V. lection. quod hic omissũ ut alia ob prali rationem
Vbi docet fictiles & lateres liquari ob aquas subtiles & penetrantes per alchym. invẽtas Arist. ignotas
Vbi dentes ob hydrorusexcidunt) 11.30.48 121.147.200.
De quis acribus & q.corrosiuis vide 58.103 148.250.269.276.*ubi asinus fl.vestes corrumpit*)169.178.204.
Quomodo porrò ligna lapidescant & qualis mixtio vel unio ex Card. Coclenio & Scaligero & alijs obiter constabit. At in tertia parte ista V.D.expediemus uberius ut & alia
De Silice per artem & aliâs 140.258.
De pluvijs salsis & aliâs de Sale 151.188
Subtilior quorundã ratio cõcretionis vel indurationis(nam ad calorẽ,frigus,aërẽ,gypsum,alumen,berillum,calcarium lapidẽ Salis spiritum & similes causas confugiũt multi)14.19.40.49.75.94.118.141.159. 168.186.255.
De Vrina per aliquot dies colligenda ex Fonseca,Cardano,Monarde,Scaligero,Cardano,Brasavola

Theo-

Theophrast. quadam leges hic. Item quomodo sal ex hac conficiatur. Nota historiam fol. 211. nam ut aqua quadam procursu indurantur: Ita in matula. Analogia Vide 12.74.245

De lignis ex parte dimidiata lapidosis, ex altera ligneis, figura, superficie, colore, ductu fibrarum, & striarum servatis &c. 6.15 28.99. *Ita corallium ex altera parte sæpe ligneam substantiam obtinet tota arbore maris non absoluta &c.*

De sale & hujus, virtute efficacia &c. obiter.

Fol. 20.24.26. (*Tu consule*) *ut in paralipomenis notavimus nostris, jam temporis angustia exclusi non editis; Anonymum, Euonymũ, Rubeum, Andernacum, F. Portã, Leon. Suavium. Matthes, Leorinum, N. à portu, Card. Scalig. Ferentium, Matthiolum, & alios) Thom. Iord.* 55.75.276. *Authorem de Salibus & aluminibus apud Vincentium in speculo vide &* 80. 104.108. *&c.*

Reliqua tua indust. committimus, & nostî locos communes multum posse. Antilogias,

gis, in tertiam partē distulimus ex VVern hero. Quamquam quotam quaeso haec factura essent partem, si caetera quoq; quae adhuc ignota latent, proferrentur? qua in re nescio profecto, socordiane magis an ingratitudo hominum accusanda veniat, qui dum ista pro neglectis habent, non satis aeterni illius architecti Dei potentiam & magnitudinem admirari, & eius beneficia agnoscere videtur. Ea quae scimus minima pars est horum qui ignoramus ex Platone.

Errata praefat.

Et non oportet &c. add. verba Bartholomaei Montagnana iuvat, lege vivat. Item Erasistratus.

F I N I S.

